Et cũ pronominibus vice verbi sum,es,est, &c. Gene.5.23,אֵינֶךָּ non tu.pro es.Et 20.7,וְאֵינְךָ & nõ eris.Psal. 39.14,אֵינֶם non ipsi.vel sunt,aut erunt.Notandũ quòd dictio אֵין iungitur tam nominibus quàm participiis, & partibus indeclinabilibus: præterito verò & futuro non iungitur,nisi capiantur vice participiorum. Non enim dicimus אֵין פָּעַל,nec אֵין יִפְעַל:sed loco אֵין, in huiusmodi præteritis & futuris capiemus לֹא,eiusdem significatiæ.Vice participiorum capitur futurũ,vt Irm. 38.5,כִּי־אֵין הַמֶּלֶךְ יוּכַל אִתְּכֶם דָּבָר quia non rex poterit (pro potest)contra vos quicquam.Vel dic quòdnon immediate est iunctum futuro,sed nomini הַמֶּלֶךְ. acsi dicat, non est rex qui possit vobiscum aliquid. Dictio igitur לֹא,iungitur præteritis,futuris,& participiis.

אֵיפָה A quo אֵיפָה, Mensura aridorum, id est modius continens tria sata.Deu.25.14, Non erit tibi in domo tua אֵיפָה וְאֵיפָה גְּדוֹלָה וּקְטַנָּה modius & modius,magnus & paruus. Inuenitur & cũ ה in regimine. Ruth 2.16,וַיְהִי כְּאֵיפָה שְׂעֹרִים & fuit quasi modius hordei. Fit etiã ab hac radice אֵיפָה,Vbi?Iiob 38.4.Ge.27.32, מִי־אֵיפוֹא Quis,vbi(pro & vbi)est qui venatus est venationẽ?Deficit enim ו cõiunctio. Est etiã qualitatis interrogatiua particula.Iudi.8.18,אֵיפֹה הָאֲנָשִׁים quales(.i.cuius formæ erant) homines quos,&c. Significat & nunc. Iesah. 22.1, מַה־לָּךְ אֵפוֹא quid tibi nunc? Nos dictionem hac in radice posuimus,nõ quòd radix sit אַיֵּה,sed quòd consentaneum putauimus vnam esse dictionem æquiuocam, vt ex dictis liquet. Nam si dictio esset compo

sita

(quanquam bona eſt)non reſpicit ad punctaturam ה, quæ eſt pathách. Ab hoc & אִישׁוֹן, Pupilla:ſic appellata Hebraice quòd appareat, ſeu conſpiciatur in illa, figura,ſeu imago אִישׁ viri.Et eſt cum ן diminutiuo,ſecundum R. Ioſéph patrem R. D. quòd imago illa in oculo apparens,ſit parua:vel quòd ſit nigra, ſic eſt appellata.Pſal.17.8,Cuſtodi me בְּאִישׁוֹן בַּת־עָיִן vt pupillam filiam oculi.vel,vt nigrum pupillæ oculi. Et in altera ſignificatione, Prouer. 7.9,בְּאִישׁוֹן לַיְלָה in nigredine (vel obſcuritate) noctis. Et ſecundum aliam formam, Proue.20.19, בְּאֶישׁוֹן חֹשֶׁךְ in obſcuritate tenebrarum.

אֵית Vnde nomen tóar אֵיתָן, Fortis,durus. Deut.21.4,אֶל־נַחַל אֵיתָן ad vallem aſperã.aut duram,quæ coli non poterat. R.Ioſéph,vberẽ,aut pinguẽ.Irme.5.15,Gens אֵיתָן robuſta eſt.Gene.49.23,habitauit בְּאֵיתָן in forti.i.in loco forti. Michá́h.6.2,וְהָאֵתָנִים & fortia fũda menta terræ. Et nomen ſubſtantiuum,Pſal.74.15, ſiccaſti flumina אֵיתָן fortitudinis.i.fortia. Exo. 14.27, dum reſpiceret mane לְאֵיתָנוֹ ad vim,ſeu vehementiam ſuam.Et R.D.contra aliorum opinionem,dicit י literam eſſe radicalem,& ſubſtantialem,& ו redundare ſicut י in חֵיכָל Et nomen menſis.1.Reg.8.2,בְּיֶרַח הָאֵתָנִים In menſe Septembris : qui eſt menſis ſeptimus , qui alio nomine dicitur תִּשְׁרִי.& appellatur ſic(vt aiũt Hebræorum doctores)quòd in eo nati fuerint fortes mũdi:vel propter ſolẽnitates honorabiles,& fortes.i. magnas quæ erant in eo:vel ſecundũ R.Ioſéph,quòd colligerentur in eo panis,& vinũ, ac fructus. Tharghum hoc in loco habet,In menſe quem antiqui appellabãt קְרֻמָאָה בְּחַגָּא,& nunc eſt mẽſis ſeptimus.acſi dicat (ſecũdum R.D.)quòd antequam egrederetur Iſraél de AE-

vir ad fratrem ſuum.Et de cortinis,Exo.26.3, Et quinque cortinæ erunt coniunctæ אִשָּׁה אֶל־אֲחוֹתָהּ mulier ad ſororem ſuam.i.altera ad alterã.Et de ſtellis, Ieſa.40.24,אִישׁ לֹא נֶעְדָּר vir non defuit.i.nulla defuit.Et de animalibus,Gene.7.2, De omni animali mundo &c. אִישׁ virũ & vxorẽ eius. Nomine quoque אִישׁ,appellantur magni,& duces,vt Iudi.7.14,filii Ioás אִישׁ יִשְׂרְאֵל ducisIſraél.& 1.Sem.26.15,הֲלֹא־אִישׁ אַתָּה nónne vir tu es? hoc eſt dux, princeps, & magnus. Exod. 15.3, יְהוָה אִישׁ מִלְחָמָה Dominus vir belli.i.magnus bello,autor belli. Irme.5.1, Et quærite an inueniatis אִישׁ virum. hoc eſt virũ magnum,habentẽ opera bona.Vnde exponendo ſubdidit,An ſit faciens iudicium & iuſtitiam.Pſal.49.3,Etiam filii hominis,(pro hominum,) etiam filii אִישׁ viri.i.filii plebeiorum, & filii maiorum, ac nobilium. Prou.18.24,אִישׁ רֵעִים vir amicorũ.Et ſine י.2. Semu.14.19,אִם־אֵשׁ לְהַמִּין nõ eſt qui poſſit declinare ad dexteram &c.vbi Ionathán in Tharghũ,אִם אִית ſi eſt. Et Michá́h 6.10,עוֹד הָאֵשׁ Adhuc nũ in domo impii.in quo ה,eſt cũ pathách,quia eſt admirantis particula, & ſic Tharghũ הָאִית num eſt &c. Sed R. Ioſéph pater R. D. exponit, Adhuc (i. omnibus diebus)הָאֵשׁ(pro הָאֵשׁ)ignis erit in domo impii propter theſauros impietatis. & ſic אֵשׁ cũ chiric eſt ſicut אֵשׁ cũ ſeri, ſicut הֵן & הַן, & בֵּן & בַּן, & גֵּיר & גַּר . Sed quia ה, eſt cum pathách, non videtur eſſe ה haiedihá́h,ſed admirantis, vt dictum eſt, & ſic inuenitur in Miſráh.Poſſunt etiam prædicta exponi,Si vir:& Adhuc vir &c.Et ita exponit R.Abra. auenhezra: acſi dicat , Vir nobilis in ciuitate adhuc ſuam retinet impietatem audita voce vocationis : ſunt in domo eius (ſub.impii)theſauri impietatis.Et hæc etiam expoſitio

gypto, erat mensis primus in anno: sed postea fuit septimus: quia נִיסָן Martius, est mensis primus, dicente Scriptura, Exo. 12.2, Mensis iste vobis principium mensum, primus erit vobis in mensibus anni. Illud Ieche. 40.15, וְעַל־פְּנֵי הַשַּׁעַר הָאִיתוֹן, & iuxta faciē portæ mediæ: vel, ante portam mediam, vt ait R. D. in lib. rad. & sic habet Tharghū תְּרַע מְצִיעָאָה portæ mediæ. Et potest exponi ingressus, quòd in ipsa porta congregarentur qui ingrediebantur atrium Hezráh ad orandum: & sic dicitur ab אָתָה quod est venire, siue ingredi.

אַךְ Tantum, Sed, Profecto, vere, Forsan, forsitan. Gene. 18.32, Et loquar אַךְ־הַפַּעַם tantum vice hac. Iesa. 43.24, הֶעֱבַדְתַּנִי אַךְ sed seruire fecisti me. Genes. 26.9, אַךְ עַצְמִי vere os meū. 1. Reg. 22.31, אַךְ מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל הוּא profecto rex Israél est. Gen. 44.28, אַךְ טָרֹף טֹרָף forsitan rapiēdo raptus est.

Coniungitur & cum רַק diminutiuo, ad magis diminuendum. Nume. 12.2, הֲרַק אַךְ־בְּמֹשֶׁה דִבֶּר num tantum tantum cum Moséh locutus est Dominus?

אָכַל Edere, vesci, comedere, manducare, Consumere, excidere. Psal. 78. 24, אֹכֶל אִישׁ comedit vir. Iob 13. 29, כְּבֶגֶד יֹאכְלוּ עָשׁ sicut vestimentum comedet eum tinea. Gen. 31.38, אֲכָלַנִי חָרָב consumebat me æstus. Leui. 26.38, וְאָכְלָה אֶתְכֶם & consumet vos terra. Gen. 37.19, Bestia mala אֲכָלַתְהוּ deuorauit eum. Et Ieche. 28.16, הָיא אֲכָלַתְךָ ipse (scilicet ignis) consumpsit te. Iesah. 1.7, זָרִים אֹכְלִים אוֹתָהּ alieni deuorant (vel consumunt) eam. Literæ quæ sunt futuri signa, sunt cum cholé, & secunda litera radicalis cum pathách: & cū athnách, & soph passúc, & nonnullis aliis accentibus diuisiuis, plerunque cum seri. Iesah. 44.19, וְאֹכַל & comedam. Psal. 50.

112, הַאֹכַל nunquid manducabo. Gen. 2.16, אָכֹל תֹּאכֵל comedendo comedes. Et cum ו vice א, Ieche. 42.5, יֹאכְלוּ comedent. Illud autem Iob 20.25, תְּאָכְלֵהוּ אֵשׁ cōsumet eum ignis, est ex binián quadrato. i. pohél: teste R. D. in Michlól, & in lib. rad. Et quum habeas hoc futurū, poteris formare totum residuum. & singulare absolutum huius futuri est תֹּאכַל, &c. Et in coniunctione cum pronomine, mutatur chólem in camés chathéph: sicut participium מְלֹשֵׁנִי cum pronomine facit מְלַשְׁנִי, Psal. 101.5. Fit etiam hifhíl, הֶאֱכִיל, Edere, vel comedere fecit, vel iussit &c. Exod. 16.29, Vt videant panem וְהַאֲכַלְתִּי אֲשֶׁר הֶאֱכַלְתִּי אֶתְכֶם quē edere feci vos. Iesa. 49.27, אֶת־מוֹנַיִךְ אֶת־בְּשָׂרָם & comedere faciam opprimentes te carnem suā. Psal. 81. 16, וַיַּאֲכִילֵהוּ מֵחֵלֶב & comedere fecit eum de adipe. Illud autem Hose. 11.5, וְאֹשׁ אֲלָיו אוֹכִיל & declinabo ad eum cibū: R. D. in Mich. dicit esse ex hoc binián, & poni pro אַאֲכִיל edere faciam. At in libro radicum ponit inter nomina: quanquā dicit nonnullos putare illud esse ex binián hifhíl. Illud etiam Ieche. 21.33, לְהָכִיל ad consumendum, secundum R. Iosèph patrem R. D. est ex hoc binián, ponitúrque pro לְהַאֲכִיל, teste R. D. in Michlól, & in lib. ra. Et in nifhál, נֶאֱכַל. Exo. 22.5, וְנֶאֱכַל גָּדִישׁ & consumptus (vel combustus) fuerit aceruus. Et in puhál, Exod. 3.2, Et rubus אֵינֶנּוּ אָכָל non erat cōsumptus (vel cōbustus.) Et secundum R. Abrahám est nomen tóar, Nechem. 2.3, portæ eius אֻכְּלוּ בָאֵשׁ succēsæ sunt igni. Nomē, אֹכֶל, Cibus, esca: siue אָכֶל sine ו. Malach. 3.11, בְּאָכֵל propter cibum. Alia species, אוֹכִיל. Hos. 11.5, de quo & in hifhíl. Alia, אֲכִילָה. 1. Reg. 19. 8, וַיֵּלֶךְ בְּכֹחַ הָאֲכִילָה הַהִוא & ambulauit in fortitudine cibi illius. Alia, cū additione מ, מַאֲכָל.

Prouer.6.8, Congregat in meſſe מַאֲכָלָהּ cibum ſuum.

Alia ſpecies,מַכֻּלֶת, 1.Reg.5.11. quo in nomine deficit א,& ponitur pro מַאֲכֹלֶת. Alia,מַאֲכֶלֶת.Ieſah.9.19, כְּמַאֲכֹלֶת אֵשׁ ſicut cibus ignis. Alia ſpecies & ſignificatio,מַאֲכֶלֶת,Iudic.19.29,Gladius, culter,ſic appellatus à conſumendo.

אָכֵן Certe,vere. Ieſah.53.4,אָכֵן חֳלָיֵנוּ vere dolores noſtros ipſe tulit.

אָכַף Eſt כָּפַף,Incuruauit,flexit. Prouerb.16.26, Anima laborantis laborauit ſibi, quia אָכַף עָלָיו פִּיהוּ incuruauit ſe ſuper eum(vel ei)os ſuum.acſi dicat, Anima laborantislaborauitſibi.i.ob ſuã neceſſitatẽ:quia os eius incuruat ſe ei, & poſtulat ſibi eſcam quotidie: Reſiduũ flectitur vt אָכַל. Illud autem Iiób 33.7,וְאָכְפִּי עָלֶיךָ & manꝰ mea ſuper te: eſt ſicut כְּפִי:& א eſt noſaph.

אָכָר A quo אִכֶּר,Agricola.Hamos 5. 16,Et vocabũt אִכָּר agricolam ad luctũ,& planctum,ad ſcientes lamentum . Sententia ordine commutatur: & eſt ordo,& ſcientes lamentum,ad planctũ vocabunt, &c. Dicitur à כָּר,quod eſt ager:& א eſt noſépheth.

אַל Non,nec,ne. Pſal.121.3,אַל־יִתֵּן,nõ dabit. Iiób 24.25, וְיָשֵׂם לְאַל & ponet ad nihilum ſermonẽ meũ. Vtplurimũ hæc dictio eſt monẽtis, & deprecãtis particula.Prou.3.24,אַל־תִּירָא ne timeas. Ponitur & pro אַן .i.quòaduãerbio.n ל eſt loco נ,quia eſt eiuſdẽ exitus.1. Sem.27.10,אַל־פְּשַׁטְתֶּם הַיּוֹם quò vos diffudiſtis hodie? R. Ionáh exponit אַל pro עַל ſuper:& ſubaudit מִי quis.acſi dicat עַל מִי ſuper quẽ,vel contra quẽ. Et reſponſio Dauid hoc demonſtrat,dicẽtis, עַל ſuper(vel contra)meridiem Iehudáh,&c. R.Abra.auenhezra exponit interrogatiue,ne:acſi dicat,Diffudiſtiſne vos,&c. Et reſpõ-

dit,Diffudimus nos contra meridiẽ,&c.2.Semu.13.16, Et dices ei,אַל־אוֹדוֹת הָרָעָה הַגְּדוֹלָה הַזֹּאת propter malũ grã de hoc.Quãquã multi codices impreſſi habẽt עַל,& ita habet Tharghum Ionathán. R.D.in lib.rad.ponit & aliam expoſitionem, vt אַל ſit ne. acſi dicat, Ne facias hoc,vt emittas me, quia malum hoc peius eſt altero. Illud Prouerb.30.31,Et rex אַלְקוֹם alcúm cum eo:eſt vna dictio cõpoſita ex אַל nõ:& קוֹם, ſurgere,ſtare, reſiſtere. acſi dicat,quũ nõ ſurrexerit(vel ſteterit)rex vnus cum eo ſicut ipſe,vel fortior eo.Et,cũ eo, ponitur pro cõtra eum:vt illud Pſalm.94.14, Quis ſurget mihi עִם־מְרֵעִים cum malignantibus.i.contra malignantes.

אֵל Cum ſeghól ponitur in radice אֱלָהּ.

אֵלּוּ Si.Eſtér 7.4,וְאִלּוּ & ſi,&c. אֵילֵן Vide אִי.

אֱלִל A quo אֱלִיל,Vanũ,nihil,inutile:id eſt(inquit R. D.)הֶבֶל דָּבָר שֶׁאֵינוֹ מוֹעִיל vanitas,res quæ nõ eſt vtilis.& nihil,Idolum,Iiób.13.4,Medici אֱלִיל vanitatis .i. vani,& inutiles. Leuiti.26.1, Non facietis vobis אֱלִילִים vanitates .i. idola. Ab hoc fit & אַלְלַי, Væ. Iiób.10. 15,אַלְלַי לִי væ mihi.R.tamen Moſéh Chimchi ſcribit א eſſe vice י à יָלַל,quod eſt vlulare:& quòd י vltimum,eſt ſignum pronominis primæ perſonæ.

אָלוֹל Menſis Auguſtus.Neche.6.15.

אָלָה Iurauit,adiurauit,maledixit.Iud.17.1,וְאַתְּ אָלִית & tu adiuraſti.eſt ſecũda perſona præteriti fœminea ex Cal trãſitiuo.Et macór אָלָה maledicere,Hoſe. 4.2.Et ſecundũ aliã formã.Hoſe.10.4,אָלוֹת שָׁוְא iurãdo mẽdaciter,& hoc eſt intrãſitiuũ. Et quia nõ inuenitur

futurũ cum א quieſcẽte, dicimus futurũ cum א moto אֵאָלֶה יֵאָלֶה &c. teſte R.D. in Mich. Et in hifhíl, הֶאֱלָה: & macor, 1. Reg. 8.31, לְהַאֲלֹתוֹ vt iurare faciat eũ. Nomẽ, אָלָה, Iuramẽtũ, execratio, aut maledictio. Gen. 26. 28, תְּהִי נָא אָלָה ſit quæſo iuramentũ inter nos. Pſal. 10.7, אָלָה maledictione os eius impletum eſt. Pſal. 59.12, וּמֵאָלָה & de execratione. Deut. 29.21, אָלוֹת. Et cum ת in principio, תַּאֲלָה. Thre. 3.64, תַּאֲלָתֵךְ iuramẽtũ tuũ. Significat & lamentari. Ioél. 1.8, אֱלִי lamentare. aut plange. Aliud, אֲלִיָּה, Cauda. Leuit. 7.3, אֶת הָאַלְיָה, caudam.

Ab hoc fit & אַלָּה, Genus arboris, ſiue arbor ſimpliciter, quã tamen nõnulli putant eſſe vlmũ. Tharghum nũc בּוּטְמָא caſtaneã arborẽ, nunc אִילָן arborem vertit. Ieſa. 1.30, כְּאֵלָה ſicut quercus. Et ל cum daghés loco hannách. i. literæ quieſcẽtis: quanquam hannách non ſit fundamentale ſi ſit de radice hac. Iehoſ. 24. 26, תַּחַת הָאֵלָה אֲשֶׁר בְּמִקְדַּשׁ יְהוָה ſub quercu quæ erat in ſanctuario Domini. Et dixit In ſanctuario Domini, quãuis eſſent in Sechém: eo quòd illuc Dei arcam attulerunt: vnde verſu 1, ſcriptũ eſt, Et ſteterunt corã Deo. Plurale, Iechez. 31.14, Et non ſtabunt אֵלֵיהֶם arbores eorum. vel vlmi corũ. Rectum eſt vt horum radix ſit אֵיל. Fit etiã ab hoc, אוּלַי, Nomen loci. Dani. 8.2. & י eſt loco ה.

Significat etiã Ne forte, forſan. Gen. 27.12, אוּלַי יְמֻשֵּׁנִי forſitã palpabit me. Num. 22.33, אוּלַי נָטְתָה מִפָּנַי forſitan declinauit à facie mea. Dixerat enim eodẽ verſu, Et declinauit coram me: id eſt declinauit de via, & ſtetit corã me. Et ſubdit, ſi declinaſſet à facie mea, & abiiſſet in viam, & etiam te occidiſſem. Cur autem expoſitores exponant acſi dixiſſet לוּלַי niſi, haudquaquam ſcio, cũ præſertim à facie mea, & coram me, diſcrepent, vt remotum,

mo tú & propinquú. Ab hoc eſt אֵל cum ſeri, cõmunis generis, Iſti, iſtæ. 1. Par. 20.8, אֵל נוֹלְדוּ iſti nati ſunt. Gen. 26.3, הָאֲרָצוֹת הָאֵל terras iſtas. Et cũ ה in fine, & ל cum daghés, אֵלֶּה, Iſti, iſtæ, Hi, hæ. Gene. 2.4, אֵלֶּה Iſtæ generationes. Pſalm. 20.8, אֵלֶּה hi in curru, וְאֵלֶּה & hi in equis. Gen. 10.28, וּמֵאֵלֶּה & ab his. In hac radice eſt אֵל cum ſeghól, quod eſt Ad. Geneſ. 12.1, Et dixit אֶל־אַבְרָם ad Abrám. Illud autem Irme. 51.3, אֶל־יִדְרֹךְ הַדֹּרֵךְ קַשְׁתּוֹ ſic exponitur, ad trahentem qui trahet (pro trahit) arcum ſuũ, וְאֶל (pro וְאֶל־אֲשֶׁר) & ad eum qui יִתְעַל בְּסִרְיֹנוֹ aſcendet cũ lorica ſua. Expoſitores exponunt אֵלֶיהָ ad eã. i. ad Babél, trahet trahens arcum ſuũ. Ionathán interpretatus eſt לָא non, acſi fuiſſet אַל, quod eſt ne, & non. quanquã nõnulla exẽplaria ipſius Tharghũ habent לָהּ cum ה in fine. i. ad eã. Ponitur etiã אֶל pro מִן à, ab, de. Gen. 41. 53, בָּאוּ מִצְרַיְמָה לִשְׁבֹּר אֶל־יוֹסֵף venerũt in AEgyptũ, vt emerẽt à Ioſéph. Dici tamen poteſt quòd hic eſt verborum ordo, venerunt ad Ioſéph vt emerent, &c. & hoc eſt rectum. Et Iechez. 16.29, multiplicaſti fornicationes tuas אֶל־אֶרֶץ כְּנַעַן præ terra Chenáhan. Quanquã & hoc recte exponitur ad, & ita habet Tharghũ, multip. for. tuas, vt coniungeres te ad populum (vel populo) Chenáhan. 1. Regum 8.30, exaudies אֶל (pro מִן) de loco habitationis. Tharghũ & R.D. Item etiã pro עַל ſuper. Irm. 50.18, Viſito אֶל־מֶלֶךְ ſuper regẽ Babél. 1. Sem. 26.14, quis tu qui clamaſti אֶל־הַמֶּלֶךְ ſuper regẽ? Nõ enim clamabat ad regẽ, ſed ad Abnér. acſi dicat, quis es tu qui vocaſti me voce grandi ſuper regem, nõ veritus excitare eũ à ſomno ſuo, dum vocas me? Nõnunquã & vice עִם cum. Gen. 49.28, אֶל־אֲבֹתָי cum patribus meis. Præterea loco ב deſeruiẽtis, pro in, inter. Gen. 49.29, אֶל־הַמְּעָרָה in ſpelúca.

Universidad de Deusto Biblioteca

אָלַח Nõ inuenitur nisi in Nifhál. Iiób.15.16, וְנֶאֱלָח & fœtebit. aut putrescet. Dicitur per transpositionem literarum ab חָלָא.

אֱלִי Vide אֱלָה, Iurauit.

אָלַם Secundum diuersas formas multa significat. In Pihél אִלֵּם, Ligare manipulos: cuius participium habes Genes.37.7, Et ecce nos מְאַלְּמִים אֲלֻמִּים manipulantes manipulos (si ita fas esset Latinè loqui) id est, colligãtes manipulos. Hinc nomen אֲלֻמָּה, Manipulus, fasciculus: & in plurali est secũdum formam masculeã אֲלֻמִּים: & fœmineã אֲלֻמּוֹת. Gene.37.7, אֲלֻמּוֹתֵיכֶם manipuli vestri. Ab hoc, secundũ aliquos, nomen cum quinq; punctis אֵלֶם, Cõgregatio, multitudo. Psal. 58.2, Nũ vere אֵלֶם multitudo (aut congregatio) iustitiã loquemini? Et in Nifhál נֶאֱלַם, Obmutescere. Iesa. 53.7, Corã tondẽte se נֶאֱלָמָה obmutuit. est præteritum, & longum. Psal.31.20, תֵּאָלַמְנָה obmutescent. Et nomen אֵלֶם cum quinque punctis, de quo dictum est, potest esse huius significantiæ, & sic Psal.56.1, Super columbã אֵלֶם muti, vel mutã. R. Ionáh, super columbam אַרְמוֹן palatii. Verũ R.D, mutã exponit, quòd Dauid inter Pelistim fuerit tanquam mutus. Et 38.18, וּכְאִלֵּם & sicut mutus. Ab hoc fit & אַלְמָנָה, Vidua: sic appellata, quòd viro mortuo non valeat loqui & litigare. נ est nosépheth. Thren.1.1, Fuit כְּאַלְמָנָה sicut vidua. Iesah. 13.21, בְּאַלְמְנֹתָיו in ædibus (vel palatiis) eius. Vbi ל ponitur vice ר, acsi scriberetur אַרְמְנוֹתָיו. Et sic Iechez.19.7, Et cõtriuit אַלְמְנֹתָיו palatia eius. & hoc secundum R. Ionáh. R. verò D. in lib. rad. negat ל mutari in ר, quia nõ permutantur nisi literæ אֲהֵוִי. Vnde exponit, viduæ eius: &

Et loco ב pro cum. 2. Semuelis 18.27, וְאֶל־בְּשׂוֹרָה טוֹבָה & cũ nuntio bono veniet. Et loco אֶת, quod est nota casus accusandi, vt Psal.2.7, Narrabo אֶל־חוֹק præceptũ. quanquã sunt qui exponũt Dei præceptũ. Iudi.7.25, Et persecuti sunt אֶל־מִדְיָן Midián. Ponitur & vice בַּעֲבוּר propter. Gen.20.2, Et dixit Abrahám אֶל־שָׂרָה אִשְׁתּוֹ propter Saráh vxorẽ suã: secundum R.D. in lib. rad. Vel עַל־שָׂרָה super Saráh, R. Selomo, & R. Abrahám. אֱלֵי Capitur pro אֵצֶל apud. Iiób 29.17, אֱלֵי־מַיִם secus (siue apud) aquas. י est loco ה vltimæ literæ radicalis: vel est nota pluralis, quod vt plurimum deficit. Et cum pronominibus, א est cum seri, exceptis pronominibus secundæ & tertiæ personæ pluralis, quæ sunt cum chateph patách, vt Genes.15.4, אֵלָיו ad eum. Et 19.9, אֲלֵיהֶם ad eos. Psal.2.4, אֵלֵימוֹ ad eos. Gen.19.7, אֲלֵיכֶם ad vos. אֵל, Fortis, Deus: Require in אַיִל.

אָלָה A quo אֱלוֹהַּ, Dii, aut Deus, Iudex, Angelus. & est semper pluralis numeri, præterquã in vno loco contemptus gratia, Chab.1.10, Ista potentia eius לֵאלֹהוֹ deo eius. Iiób.12.4, Clamãs לֵאלוֹהַּ ad Deũ. Gen.1.1, creauit אֱלֹהִים Deus cælũ. Exo.21.6, אֶל־הָאֱלֹהִים ad deos. i. iudices. & sic habet Tharghum, דַּיָּינַיָּא iudices. Et 22.26, אֱלֹהִים iudicibus non maledices: Tharghũ similiter דַּיָּינַיָּא. Psal.82.2, In medio אֱלֹהִים יִשְׁפֹּט angelos iudicabit, vt R. Abrahám: at vt R.D, iudices. Et 138.1, Corã אֱלֹהִים אֲזַמְּרֶךָּ angelis psallã tibi, R. Abrahám: R.D, iudicibus. Et 8.6, Minuisti eum מְעַט מֵאֱלֹהִים modicũ ab angelis. Tharghum. R.D. In regimine. Gene.9.26, אֱלֹהֵי שֵׁם Deus Sem. Exo.20.22, אֱלֹהֵי כֶסֶף וֵאלֹהֵי זָהָב deos argẽteos, & deos aureos. Numeri 23.25, בֵּאלֹהָיו in diis suis.

אָלוּ Vide post אֶל

R.D, dicitur ab אַיִל.q.d. & pinguis vel ſana fortitudo eorum. Inuenitur & cum ה noſépheth, Iechez.40.15, אֵלֵיהֵמָּה. R.D.in comment.

אֵלוֹן ſiue אֵילוֹן, require in אַיִל.

אָלָן A quo fit אַלּוֹן, Pinus, vt nõnulli exponunt. Secundum Ionathán in Tharghum, eſt caſtanea arbor. Iechez.27.6, כָּאֲלוֹנִים ſicut pinus, vel quercus.

אֶלֶף Mille. Geneſ.20.16, Ecce dedi אֶלֶף כֶּסֶף mille argẽteos. Plurale אֲלָפִים, Num.2.8. Et duale אַלְפַּיִם duo millia, Num.35.5.1. Semuél 10.19, לְאַלְפֵיכֶם per millia veſtra. אֶלֶף etiam eſt familia: ſic appellata quòd millia, id eſt multi, vel mille ſint in ea. Et inuenitur cum pronomine, Iudicum 6.15, הִנֵּה אַלְפִּי familia mea. quanquam (vt refert R.D.in lib. rad. & in comment.) ſunt qui exponunt אָבִי pater meus. quibus aſtipulatur quod ſequitur, Et ego minimus in domo patris mei: quòd pater videlicet ſit velut dux, & doctor filiorum, ac totius familiæ. Nam & אַלּוּף eſt princeps, dux, dominus, magnus, maior. Et ſic exponunt illud Iehoſ.18.28, וְצֶלַע הָאֶלֶף & latus magnum. ſed ſecundum R.D, in commen. ſunt nomina duarum vrbiũ. אֶלֶף quoq; eſt bos. Pſal.8.6, וַאֲלָפִים & boues. Alia forma & eadem ſignificatione אַלּוּף. Pſa.144.14, אַלּוּפֵינוּ מְסֻבָּלִים boues noſtri onerati. i. pingues. Et Irm.11.19, וַאֲנִי כְּכֶבֶשׁ אַלּוּף, Et ego velut agnus & bos. deficit enim ו: vel deficit כ. q.d. ſicut agnus, ſicut bos. Sũt tamẽ qui exponũt magnus, aut maior: quibus aſtipulatur Tharghũ Ionathán habens בָּחוּר electus. Zecha.9.8, וְהָיָה כְּאַלֻּף & erit ſicut dux. Irm.13.21, אַלֻּפִים duces. Gen.36.15, אַלּוּף תֵּימָן dux Temán. Verbum ex hifhil ab אֶלֶף mille. Pſal.

Universidad de Deusto Biblioteca

appellauit vrbes deſolatas, viduas, vt Thre.1.1, fuit tanquam vidua, domina Gentium. Nam cum ciuitas eſt plena populo, eſt veluti mulier habens maritum: ſed deſtructa, eſt inſtar viduæ. Et ſubſtantiuũ, אַלְמְנוּת, Viduitas. Geneſ.38.18, בִּגְדֵי אַלְמְנוּתָהּ veſtibus viduitatis ſuæ. Ieſa.54.4, & opprobrii אַלְמְנוּתַיִךְ viduitatũ tuarũ.

Alia forma. Ieſah.47.9, וְאַלְמוֹן & viduitas. Nomen tóar. Irme.51.5, כִּי לֹא־אַלְמָן quia nõ viduus (aut viduatus) Iſrael. Ab hoc etiã אַלְמוֹנִי, is cuius nomẽ reticetur: & ſic פְּלוֹנִי cuius nomẽ eſt occultũ. Ruth.4.1, שְׁבָה־פֹּה פְּלֹנִי אַלְמֹנִי ſede hic talis talis. Vel vocatur אַלְמֹנִי is cuius vxor eſt mortua. ſed prius eſt rectũ: quia dicitur & de loco cuius non memoratur nomen. 2.Reg.6.7, אֶל־מְקוֹם פְּלֹנִי אַלְמֹנִי ad locũ talem talem. vel potius, talis talis: quia מְקוֹם eſt in regimine genitiui: & ſic dictiones illæ non ad locum, ſed ad loci dominum, referuntur.

Eſt & dictio vna ex vtraque compoſita. Daniel 8.13, & dixit vnus ſanctus לַפַּלְמוֹנִי הַמְדַבֵּר tali loquenti. Ab hoc & אוּלָם, Profecto, vere, verũtamẽ. Iiób.2.4, אוּלָם שְׁלַח Verũtamen extẽde. Gene.28.19, וְאוּלָם לוּז שֵׁם־הָעִיר & vere Luz nomẽ ciuitatis. Iiób 13.3, אוּלָם אֲנִי vere (aut veruntamen) ego. Significat & porticum, ſeu veſtibulum. R.D.in lib.rad. dicit quòd eſt domus ſicut יָצִיעַ: vel eſt כִּפָּה teſtudo, fornix, quam vocant בּוֹלְטָא voltã. 1.Reg.6.3, וְהָאוּלָם Et porticus. Item 7.8, כָּאוּלָם ſicut palatium. Alia forma, אֵילָמָה, Veſtibulũ. Ieche.40.30, וְאֵילַמּוֹת. Et genere maſculeo אֵילָם. Ieche.40.20, & 21, וְאֵילַמָּו & וְאֵילַמָּיו.

Illud autem Pſal.73.4, וּבָרִיא אוּלָם, R.Ionáh exponit וּבְרִיא כְּאוּלָם pinguis & fortis ſicut ædes, aut palatiũ. Et aſſimilauit eos palatio, quemadmodum & Pſal. 144.12, Filiæ noſtræ ſicut anguli exciſi inſtar tẽpli. At ſecundũ

אִם־לֹא יִשְׁבְּעוּ vere non ſaturabuntur. Iiób 22. 20, אִם־לֹא נִכְחַד vere ſucciſa eſt. Quæ hac ſignificantia capiuntur, ſunt veluti defectiua ab אֵמֶן, ſicut & אֱמֶת, vt ſuo dicam loco. Eſt etiam iurãtis particula, quemadmodum dicere conſueuerunt homines, Sit ſic & ſic, ſi fecero hoc: vt Pſal.89.34, אִם־לְדָוִד אְכַזֵּב Si Dauidi mentiar.

Si præponatur ei כִּי, ſignificat niſi, ſed, vt Pſal.1.2, כִּי אִם־בְּתוֹרַת ſed in lege, &c. Gen.32.26, non dimittam tc, כִּי אִם־בֵּרַכְתָּנִי niſi benedixeris mihi.

אֵם Cum ſeri, Mater. 1. Reg.2.18, וְלִאֵם & matri. Gene. 2.24, וְאֶת־אִמּוֹ & matrẽ ſuam. cũ daghés loco hannách, vel quia radix eſt אֵמֶם teſte R.D. Plurale אִמּוֹת. Thren.2.12, לְאִמּוֹתָם matribus eorum, vel ſuis. Ab hoc אֵמָה, Familia. Num.25.15, Caput אִמּוֹת familiarũ. Gen. 25.16, לְאֻמֹּתָם per familias ſuas. Et אוֹם, Gens. Pſal.117. 1, omnes הָאֻמִּים populi. vel gentes. Et 44.2, Malefeciſti לְאֻמִּים populis. ל enim deſeruit. Illud etiã Cant.3.10, שִׁעְטָרָה־לּוֹ אִמּוֹ quo coronauit eum mater ſua: quãquam eſt cum chiríc, metaphorice tamen per matrem Selomóh, intelligitur Iſraél, cuius rex Selomóh, eſt Deus: acſi dicat, quo coronauit eũ אִמָּתוֹ gẽs eius. Illud quoque Irmeiáh 15. 8, Introduxi eis עַל־אֵם ſuper matrem. Tharghũ exponit סִיעַת cœtum, ſiue congregationem:

Medium quoque viæ, quòd reſpiciãt ad ipſum hinc inde viæ, tanquã ad matrẽ, appellatur אֵם. Iechez.21.26, ſtetit rex Babél אֶל־אֵם הַדֶּרֶךְ in medio viæ. Et ſic ciuitas magna appellatur אֵם. 2. Semuél 20. 19, וְאֵם בְּיִשְׂרָאֵל & matrem in Iſraél: quòd comparatione paruarum, ſit tanquã mater, & illæ tanquã filiæ. Hinc fit אַמָּה, Cubitus, Gen.6.15. Irme.51.13, אַמַּת בִּצְעֵךְ cubitus (vel mẽſura) deſiderii tui. vel oppreſſionis tuæ, aut auaritiæ tuæ.

144.13, צֹאנֵנוּ מְאֻלָפוֹת oues noſtræ milleficates, (ita mihi loqui liceat). i. pariẽtes millenos, ſiue ad milliaria.

In cal, אָלַף, Diſcere. Prouerb.22.22, פֶּן תֶּאֱלַף אֹרְחֹתָיו ne forte diſcas vias eius. In pihél, אִלֵּף vel אָלַף, Docere, Iiób 35. 10, מְלַפְּנוּ pro מְאַלְּפֵנוּ Qui docet nos. R. D. in Michael, & in lib. rad. Et 33.32, וְאַאַלֶּפְךָ חָכְמָה & docebo te ſapientiã. Ab hoc verbo deducũt nomen תַּלְפִּיוֹת pro תַּאַלְפִּיוֹת. caret enim א, leniendi gratia, inquit R.D. in lib.ra. & ſecundũ R.Ionáh, ת ponitur vice א, hoc eſt אַלְפִּיוֹת. Cant.4.4, Sicut turris Dauid collum tuum, ædificata לְתַלְפִּיוֹת ad docendum tranſeuntes. quòd turris alta, doceat vias ipſos tranſeuntes, Vide תָּלַל.

אָרַץ In Scriptura ſemel tantum legitur in pihél. Iudic.16.16, וַתְּאַלְּצֵהוּ & moleſtaret eum. vel, opprimeret eum.

אִם Si: & cum לֹא, Niſi. Leuit.1.10. וְאִם, & ſi de, &c. Geneſ. 34.17, וְאִם־לֹא תִשְׁמְעוּ אֵלֵינוּ, Et ſi non (vel niſi) obtemperaueritis nobis, &c. Et 28.15, עַד אֲשֶׁר אִם־עָשִׂיתִי donec, niſi fecero quod locutus ſum. Sufficiebat alterum, donec fecero, vel niſi fecero: ſed explicandi gratia poſuit vtrunque. Eſt & interrogatiua particula, Nunquid, vel num, an, vtrum. Exod.17.7, vtrũ ſit Dominus in medio noſtri אִם־אַיִן an nõ. Iiób 6.5, אִם יִנְעָה־שׁוֹר num rugiet bos. Aſſumit interdum ה in principio quod eſt ſimiliter interrogantis particula, vt Nume. 17.12, הַאִם nunquid conſumendi, &c. Ponitur & vice כַּאֲשֶׁר Quum, ſiue quando. Geneſ.38.9, אִם־בָּא quum (ſiue quando) ingrediebatur. Ponitur & vice אֲשֶׁר. Gen. 24.32, non comedã עַד אִם־דִּבַּרְתִּי דְּבָרָי donec (quoad, vſquequo) loquar verba mea. Iechez.20.38, וְאַחַר אִם & poſtquã non, &c. Item vice אֱמֶת Vere. Pſal.59.16,

Deuter.3.11, בְּאַמַּת־אִישׁ in cubito (.i.ſecundú cubitum) viri. Plurale אַמּוֹת Cubiti, Iechez.42.4. Duale, אַמָּתַיִם duo cubiti, Exo.25.8. Significat etiam אַמָּה Poſtem. Ieſah.6.4, Et mouerũt ſe אַמּוֹת הַסִּפִּים poſtes liminum, ſecundum R.D.exponentem מְזוּזוֹת poſtes. quanquam ſunt qui exponunt teſte eodem, Et mouerunt ſe cubitis(.i.duobus aut tribus cubitis)limina.

אָמָה Ancilla.& ה eſt ſignum fœmineum, cadítque ה radicale, teſte R. D. quod apparet in plurali. Geneſ.21.14, לְאָמָה. Exod.2.5, וַתִּשְׁלַח אֶת־אֲמָתָהּ & miſit ancillam ſuã. Sunt qui legunt מ cũ daghés, ab אַמָּה quod eſt cubitus, vt ſit ſenſus, Et extendit brachiũ ſuũ. Sic exponit R. Sahadiáh. הָאֲמָהוֹת, Ancillæ, Gen.31.31.

אָמַל A quo אָמוּלָה, Infirmus, imbecillis, debilis. Iechez.16.30, מָה אָמְלָה לִבָּתֵךְ quàm imbecille (vel debile)eſt cor tuum. vt plurimum ל geminatur. Pſal.6.3, כִּי־אֻמְלַל אָנִי quoniam infirmus(aut imbecillis)ſum.

Nomẽ tóar ex puhál, ſi eſt cũ camés: ſed inuenimus illud(inquit R.D.)in multis libris cum pathách, & ſic inueni in Miſráh, quod nõ eſt cũ camés, & ſic eſt præteriti tẽporis, éſtque אֻמְלַל אָנִי vt illud Iechez.9.8, quum percuteret eos, וְנֶאשְׁאַר אֲנִי relictus ſum ego. tertia perſona pro prima. Et R. D. dicit quòd אֲנִי, eſt ſicut עַצְמִי ſubſtãtia mea. Et ſic Num.14.14, נִרְאֵה אַתָּה appares(vel videris) tu Domine. R. Iahacób filius Elhazár ſcripſit nomen eſſe tóar, quanuis ſit cum pathách, ſicut & illud Ieſa.28.16, הִנְנִי יִסַּד ecce ego fundo in Siión, &c. Hoſe.4.3, וְאֻמְלַל כָּל־ & infirmabitur(vel imbecillis erit, debilitabitur, aut ſuccidetur)omnis, &c. Præteritũ ex puhál, quia eſt cũ pathách. Ioel 1.10, אֻמְלַל יְצָהָר infirmatũ eſt(vel ſucciſum eſt)oleum. Thre.2.8, אֻמְלְלוּ debilitati ſunt

ſunt.vel ſucciſi.Ieſah.24.4, אֻמְלְלָה. & 1.Sem.2.5, מְלֻלָה infirmata eſt.cum camés ob athnách & ſoph paſſuc.

אָמַן Vnde verbum ex hifhil הֶאֱמִין, Credidit, fiſus eſt. Gene.15.6, וְהֶאֱמִין בַּיהוָה & credidit in Domino.1. Reg.10.7. וְלֹא־הֶאֱמַנְתִּי לַדְּבָרִים & non credidi verbis. Pſal. 119.66, כִּי בְמִצְוֹתֶיךָ הֶאֱמָנְתִּי quia in præceptis tuis credidi. Pſal.106.24, לֹא הֶאֱמִינוּ לִדְבָרוֹ non crediderunt verbo eius. Deu.1.30, מַאֲמִינִם בַּיהוָה credidiſtis in Domino. defi cit י ante ם finale. Deuter.28.64, וְלֹא תַאֲמִין בְּחַיֶּיךָ & non credes in vita tua. vel, nõ fides vitæ tuæ. In niſhál, ſignificat firmum, ſtabilem, permanentem, perſeuerantem, fidelem, & fortẽ eſſe.2.Sem.7.16, וְנֶאֱמַן בֵּיתְךָ & ſtabilietur domus tua. א eſt cum ſeua tãtum. Pſal.78.36, וְלֹא נֶאֶמְנוּ בִּבְרִיתוֹ & non fuerũt fideles (vel fortes aut ſtabiles, ſiue non perſeuerauerũt)in pacto eius. Irm.15.18, מַיִם לֹא נֶאֱמָנוּ aquæ quæ nõ ſtabiles fuerũt. vel permanſerũt. 1.Reg.8.26, יֵאָמֵן נָא דְּבָרֶיךָ ſtabiliatur quæſo verba tua. i. vnumquodque verborũ tuorum. 2.Paral.20.20, וְתֵאָמֵנוּ & permanebitis. vel ſtabiles, & firmi, fortéſque eritis. Gen.42.18, וְיֵאָמְנוּ דִבְרֵיכֶם & ſtabilientur (vel cõfirmabũtur)verba veſtra. Alia ſignificatione, Ieſa.60.4, וּבְנוֹתַיִךְ עַל־צַד תֵּאָמַנָה & filiæ tuæ ad latus educabũtur. ſiue nutriẽtur. נ ſignũ pluralis, ſecundũ normã debuerat dagheſſari ob defectũ נ literæ radicalis, teſte R.D. in lib. ra. & in commen. Vel dic ſecũdum R. Ioſéph Kimchi, quòd eſt ſingularis numeri, & נ eſt radicalis litera, & ה noſéphet: acſi dicat, Et filiæ tuæ, hoc eſt vnaquæque filiarum tuarum, educabitur, &c. Sic etiã redundat ה in תְּבוֹאָה. Ieſah.5.19, וְתִקְרַב וְתָבוֹאָה עֲצַת & appropinquet, & veniat conſilium. Tóar, נֶאֱמָן, Fidelis, ſtabilis, firmus, perſeuerãs, verax. Num.12.7, In omni domo mea נֶאֱמָן

Universidad de Deusto Biblioteca

tas eſt quòd eſt ſoror mea. Et cũ מ redũdante. Ieſa. 37.18, אֱמֶנֶם Vere Domine. Et א cũ ſúrec, vel tribus punctis, Gen. 18.13, Num etiã אֲמֶנֶם אֵלֵד vere pariam? Hinc & אֲמָנָה, Firmitas, ſtabilitas, perſeuerantia. Nechem. 11. 22, וַאֲמָנָה & firmitas ſuper cantores. acſi diceret, קִיּוּם firmitas omni die, quia nõ deficiebat annona, aut cibus eis. Poteſt etiã exponi, & cõſtitutum. i. cibus conſtitutus, & quotidianus cantoribus, &c. Et 9.38, percutimus אֲמָנָה fidelitatem. vel firmitatem. Eſt etiam nomen fluminis. 2. Reg. 5.12, אֲמָנָה. quanquã alii codices habẽt אֲבָנָה. Eſt & nomen montis. Canti. 4.8. Ab hoc & אֹמַנָה, Columna: quòd ædificiũ ſuſtineat, ſic appellata. cuius plurale eſt 2. Reg. 18.16, וְאֶת־הָאֹמְנוֹת אֲשֶׁר צִפָּה & columnas quas operuit. quãquam Tharghum habet וְיַת סְקוֹפַתְיָא limina: vel ſecundum alios, poſtes: aut trabes. Significat etiã אָמַן, Educare, nutrire. Nume. 11.12, הָאֹמֵן אֶת־הַיֹּנֵק is qui nutrit lactentem. Ieſa. 49.23, reges אֹמְנֶיךָ nutrientes te. i. alumni, ſiue nutritii tui. 2. Semuél 4. 4, אֹמַנְתּוֹ nutrix eius. Eſtér 2.20, בְּאָמְנָה אִתּוֹ quando nutriebatur cum eo. Eſt macór, vel nomen, & ה non eſt pronomen. Hinc אָמוֹן. Prou. 8.30, Et fui apud eum אָמוֹן nutritus, ſiue educatus. nomen tóar, vel macór loco nominis. i. in educatione. R. Himmanuél exponit tanquã nutritius, aut alumnus. Capitur etiã & pro הָמוֹן multitudine. Irm. 46.25, viſito אֶל־אָמוֹן multitudinem. Sic 52.15. Hinc & אֱמָן Opifex, artifex excellens, vel principalis. Can. 7.2, Opere manuũ אָמָן artificis. vnde Tharghũ, Exo. 35.36, pro חָרָשׁ וְחֹשֵׁב, habet אוֹמָן opificẽ.

Itẽ & אֹמֶן. Ieſa. 25.1, עֵצוֹת מֵרָחֹק אֱמוּנָה אֹמֶן coſilia alõge firmũ, ſtabile. i. & ſtabile. deficit enim ו, ſicut & Chab. 3. 9, שֶׁמֶשׁ יָרֵחַ עָמַד ſol, luna ſtetit. Et geminauit dictiones,

הוּא fidelis eſt. 1. Semuél 2.34, ædificabo ei domum נֶאֱמָן fidelem. vel ſtabilem, ſiue firmã. Ieſa. 8.2, Teſtes נֶאֱמָנִים fideles. Et 33.16, Aquæ eius נֶאֱמָנִים fideles. vel potius ſtabiles, aut perſeuerãtes. Deut. 28.57, infirmitates malas וְנֶאֱמָנִים & fortes. aut perſeuerantes & iuges. Iiób 12.20, remouet labiũ לְנֶאֱמָנִים fidelibus. aut veracibus, ſecundũ R. Ionáh. ſed R. D, exponit oratoribus, à נְאֻם quod eſt dicere, loqui. Hoſe. 5.9, Scire feci נֶאֱמָנָה verax. i. verbum verax. Alia forma. Pſal. 31.23, אֱמוּנִים נֹצֵר יְהוָה fideles (vel veraces) cuſtodit Do. Secundũ eandem formã eſt nomẽ ſubſtantiuũ, pro veritate, & fidelitate ſecundum eũdem R. D. Prou. 20.6, וְאִישׁ אֱמוּנִים & virum veritatum. ſiue fidelitatum. i. veracem, aut fidelem.

Secũdum formam fœmineam, אֱמוּנָה, Veritas, fides, fidentia. Deu. 32.4, אֵל אֱמוּנָה Deus veritas. 2. Reg. 12.14, בֶּאֱמֻנָה in fide ipſi faciunt. מ cum tribus punctis. Chab. 2.4, iuſtus בֶּאֱמוּנָתוֹ in fide ſua, viuet. Ab hoc אֵמוּן, ſiue אֵמֻן ſine ו. Deutero. 32.19, filii לֹא־אֵמֻן בָּם non veritas (vel fides) in eis. i. filii in quibus nõ eſt fides, aut veritas: vel ſecundũ R. Ioſeph Kimchi, educatio. Ab hoc & אֱמֶת, Veritas: quod ſecundum normam debuerat eſſe אֱמֶנֶת, ſed eſt ſine נ leniendi gratia: ſicut & בַּת, pro בְּנַת. Et אֱמֶת iunctum pronominibus dagheſſatur. Pſal. 91.4, אֲמִתּוֹ & veritas eius. Ab hoc & אָמֵן, Vere, aut veritas: particula ad confirmandum aliquid. Deute. 27.16, Et dicet omnis populus אָמֵן amen. i. veritas erit hoc, quòd erit maledictus quiſquis tranſgreſſus fuerit vnum ex his. Et eſt dictum per modum orationis: vel per modum receptionis, quia recipiebant ſuper ſeipſos maledictionem, ſi tranſgreſſi fuiſſent. Hinc & אָמְנָה, א cũ camés chathéph. Gene. 20.12, אָמְנָה אֲחֹתִי vere ſoror mea. i. veri-

augendæ firmitatis gratia: acſi dicat, Bona quæ pollici tus es Iſraeli per prophetas tuos iam diebus multis & à longinquo tempore, ſunt firma valde.

אָמַץ Fortificare, roborare, corroborare. Pſal.18.18, אִמְּצוּ מִמֶּנִּי robuſtiores fuerunt me. In pihél. Deute.2.30, וְאִמֵּץ אֶת־לִבּוֹ & roborauit (.i. indurauit) cor eius. Ieſa.35.3, genua debilia אַמֵּצוּ roborate. Prou.8.27, בְּאַמְּצוֹ שְׁחָקִים quando roborabat ipſe cælos. Deute.2.30, וְאִמֵּץ אֶת־לִבּוֹ & roborauit cor ſuũ. In hithpahál. 2. Paralip.10.19, הִתְאַמֵּץ לַעֲלוֹת roborauit ſe vt aſcenderet.

Nomẽ tóar. Ieſa.40.25, וְאַמִּיץ כֹּחַ & fortis viribus. Nomẽ ſubſtãtiuũ, אֹמֶץ, Robur. Iiób 17.9. In hifhíl, הֶאֱמִיץ. Pſal.31.26, וַיְאַמֵּץ לְבַבְכֶם & cõfortauit (vel roborauit) cor veſtrum. Et nomen, מַאֲמַץ מַאֲמַצִּים. Iiób 36.18, מַאֲמֵי־כֹחַ fortitudines potentiæ. vel viriũ. Item alia ſignificatione. Zecha.6.3, סוּסִים בְּרֻדִּים אֲמֻצִּים equi varii rufi, ſecundũ R.D. in lib.rad. qui exponit אֲמֻצִּים, quod eſt אֲדֻמִּים rufi. Et quãuis memorauerit אֲדֻמִּים verſu ſuperiore, ad denotandum tamen quòd aliqui erant ſubrufi, id eſt parum rufi: alii valde rufi, addidit אֲמֻצִּים. Alii verò exponũt cinericii, ſiue coloris cineris: & hoc habet Tharghum, קְטָמִנִין cinericii.

אָמַר Dixit. & Cogitauit, putauit, quando dicitur de corde. Gen.3.16, אֶל־הָאִשָּׁה אָמַר ad mulierem dixit. Eccleſiaſtis 2.1, אָמַרְתִּי אֲנִי בְלִבִּי dixi (.i. cogitaui) ego in corde meo. Exo.2.13, Num occidere me אַתָּה אֹמֵר tu dicis. pro cogitas aut putas. Et quandoque geminatur corroborãdi gratia, vt Gen.31.28, אָמַר אֵלַי לֵאמֹר dixit ad me dicendo. Malachi.1.7, בֶּאֱמָרְכֶם pro eo quòd dixiſtis. Ieſa.3.9, אִמְרוּ צַדִּיק dicite iuſto. quanquã ſunt qui exponunt, exaltate iuſtum, &c. Sed prior expoſitio eſt recta.

Pſa.139.20, יֹמְרוּךָ dicent tibi. & eſt ſine א. Et in nifhál. Dan.8.26, אֲשֶׁר נֶאֱמַר quod dictũ eſt. Et in hifhíl ſignificat Exaltare, magnificare. Deute.26.16, אֶת־יְהוָה הֶאֱמַרְתָּ Dominũ exaltaſti hodie. Et 18, וַיהוָה הֶאֱמִירְךָ הַיּוֹם & Dominus exaltauit te hodie. Certe rectum eſt vt exponantur ſecũdum primam ſignificãtiam, nẽpe, Dominum dicere feciſti (.i. fiuiſti cauſa vt diceret) quod erit tibi in Deum: Et ipſe fuit cauſa vt diceres quòd eris ei in populum, & ibis poſt eum. Et in hithpahál. Pſal. 94.4, יִתְאַמְּרוּ Exaltabuntur. ſiue exaltabũt ſe. Et cum loco א, Ieſah.61.6, תִּתְיַמָּרוּ iactabitis vos. aut exaltabitis, & magnificabitis vos. Nomen, אֹמֶר, Sermo, eloquiũ, verbum. Pſal.68.12. Iiób 9.27, אֹמְרִי eloquii mei. Plurale אֲמָרִים ſicut חֹדֶשׁ חֳרָשִׁים. Et alia forma, אֵמֶר, ſicut סֵפֶר סְפָרוֹ. Iiób 20.29, וְנַחֲלַת אִמְרוֹ מֵאֵל & hæreditas eloquii eius à Deo. Plurale, Prou.22.18, אֲמָרִים. In regimine, Prouer. 22.18, אִמְרַי. Et 7.24, לְאִמְרֵי פִי ad eloquia oris mei. Item alia forma, אִמָּרָה. Pſal.119.123, וְלְאִמָּרַת & ad eloquiũ. Et 12, אִמְרוֹת eloquia. Alia forma cum מ in principio, מֵאֵמַר, Sermo, oratio, & tractatus in grammatica. Eſtér 1.15, לֹא־עָשְׂתָה אֶת־מֵאֲמַר הַמֶּלֶךְ non fecerat ſermonẽ regis.

Alia forma & ſignificatione, אֵמִיר, Ramus excelſus. Ieſah.17.6, בְּרֹאשׁ אָמִיר in vertice rami.

אֶמֶשׁ Cum ſex punctis, noctem ſignificat præteritam. Geneſ.19.32. 2.Reg.9.26.

אָן Quæſitiuum tam loci quàm temporis. 1. Semuél 10.14, אָן הֲלַכְתֶּם quò ambulaſtis? Iiób 8.2, עַד־אָן vſq; quo? Et cũ ל loco נ, vt in dictione אַל. Illud 2.Reg. 5.24, מֵאָן vnde: legitur אַיִן & ſcribitur אָן, & idem ſignificat, quòd duplex apud antiquos fuerit lectio, & אָן & אַיִן. Et cum additione ה, Pſal.139.7, אָנָה quò? 2.Reg.

1.Reg.10.11. Et gen.fœmineo, Ibidẽ,verſu 21, תָּבוֹא אֳנִי תַּרְשִׁישׁ נֹשְׂאֵת זָהָב veniet(pro veniebat)nauis Tharſis portans aurũ.Et cum ה ſigno fœmineo,Proue.30.19, אֳנִיָּה. Plurale,Ieſah.2.16, אֳנִיּוֹת.Iechez.27.28, וְיָרְדוּ מֵאֳנִיּוֹתֵיהֶם & deſcendent de nauibus ſuis.

אָנַח Non inuenitur niſi in niphál, Gemere, ſuſpirare.Ieſah.24.7, נָאֳנְחוּ gemuerunt. Thren.1.8, הִוא נֶאֱנָחָה ipſa gemens.vel ſuſpirãs. Nomen, Ieſa.35.10, וַאֲנָחָה & gemitus.vel ſuſpirium. Pſal.6.6, בְּאַנְחָתִי in gemitu meo. Et in hac radice, ſecundum R. D,eſt pronomen plurale primæ perſonæ אֲנַחְנוּ,Nos:quod & pro verbo Sumus ponitur.Gen.42.13, אַחֵינוּ אֲנַחְנוּ fratres nos.pro,ſumus.

אֲנָךְ Eſt בְּדִיל,Stannum.Hamós 7.7, עַל־חוֹמַת אֲנָךְ ſuper murum perpẽdiculi(.i.perpẽdiculo ſtáneo conſtructũ,) וּבְיָדוֹ אֲנָךְ & in manu eius perpẽdiculũ ſtanneũ.Et verſu ſequẽti, הִנְנִי שָׂם אֲנָךְ Ecce ego pono perpẽdiculum ſtanneũ in medio populi mei Iſraél:non addam vltra vt trãſeam illud (.i. vt tranſeã eius iniquitates)ſed viſitabo easin iudicio.(vt cementarii murũ,an ſit rectum,perpẽdiculo iudicant.) Ab hoc, אֲנִי,pronomen primæ perſonæ,Ego:Gene.31.4.

אָנַס Cogere, compellere : qua dictione frequenter vtuntur Talmudiſtæ.Eſtér 1.8, אֵין אֹנֵס non erat cogens.ſiue qui cogeret.

אָנַף Iraſci. Ieſah.12.1, אָנַפְתָּ בִּי iratus es in me. Et in hithpahál. Deut.1.36, בִּי הִתְאַנַּף in me iratus eſt.

Nomen, אַף,Ira,furor.Et cũ pronominibus ob defectum נ,habet daghés. Reqûire in אַף. Eſt & nomẽ auis quam alii picam,alii miluum appellant.Deute.14.16, וְהָאַנָפָה. R.Selomóh in commen.in Leui.11,dicit quòd

5.24,Non iuit ſeruus tuus אֵנָּה וָאֵנָּה illuc (vel huc)& illuc.prius eſt cum ſeghól.1.Reg.2.41, אֵנָּה וָאֵנָּה & ambulaueris huc & illuc.Exo.17.28, עַד־אָנָה Vſquequo. Eſt etiam obſecrantis & confitentis particula: & ſcribitur in fine cũ א,& interdum cũ ה, & eſt longa, & נ dagheſſatur.Gene.50.16, אָנָּא obſecro.Pſal.116.4, אָנָּה. Exod.32.31, אָנָּא confiteor peccauit populus iſte. Et א prima litera radicali deficiente,vt נָא nunc,& obſecro.Require in נָא. Ab hoc fit אֲנִי,Ego.Gen.40.16, אַף־אֲנִי,Etiam ego.Pſal. 53.3, יְשׁוּעָתְךָ אֲנִי ſalus tua ego. pro,ſum.Ieſah. 43.5,tecum אֲנִי ego. pro, ſum. Illud Zecha.7.5, הֲצוֹם צַמְתֶּם אֲנִי, Nunquid ieiunando ieiunaſtis mihi ego? ſic intelligendũ eſt, Nunquid ego præcepi vobis vt ieiunaretis,&c. ſecundum R.D.in cõmen.& in Michlól. Plurale אֲנַחְנוּ ſcribitur,& legitur אֲנַחְנוּ. Irme.42.6.

אֲנֹכִי Ego,Require in אֲנִי.

אָנָה Mœreo,triſtor,lugeo. Ieſa.3.26, וְאָנוּ & mœrebunt. Nomen ſecundum duas formas.Ieſa.29.2, וְהָיְתָה תַאֲנִיָּה וַאֲנִיָּה & erit mœror & luctus. Et in pihél, אִנָּה,In cauſa eſſe,Occaſionem præbere,fortuito occurrere,aut euenire. Exo.21.13, וְהָאֱלֹהִים אִנָּה לְיָדוֹ Deus occaſionẽ præbuit ad manũ eius. i.vt veniret ad manũ eius.R.Selomóh,occurrere fecit:R.D,cauſa fuit. Et in puhál quieſcẽte אֻנָּה אֻנִּיתָ,&c.Et futurũ,Proue.12.21, לֹא־יְאֻנֶּה לַצַּדִּיק כָּל־אָוֶן non occurret(vel accidet)iuſto vlla iniquitas.Pſa.91.10, לֹא־תְאֻנֶּה אֵלֶיךָ רָעָה non eueniet tibi malũ. Et in hithpahál הִתְאַנֶּה,&c.Et participiũ,2.Reg. 5.7, מִתְאַנֶּה הוּא לִי occaſionem quærit ipſe mihi.i.contra me. Nomẽ תַּאֲנָה,Occaſio,præpoſito ת,vt Iudi.14.4.

Alia forma.Irme.2.24, שָׂאֲפָה רוּחַ תַּאֲנָתָהּ attraxit ventum occaſionis ſuæ. Ab hoc & אֳנִי,Nauis,gen.maſc.

est רַיָּה רַגָּזָנִית:& videtur(inquit)mihi quòd sit quam vocant חַיּוֹרוֹן hairon. Tharghum, אִיבּוּ miluum, vt nonnulli interpretantur.

אָנַק Clamare.Irme.51.51,Et in omni terra eius יֵאָנֵק חָלָל clamabit occisus.Secundum R.Ionáh hoc verbum interdum significat emittere flatum & reducere, & interdum emittere tantum. Et hoc est quod dixit,Et in omni terra,&c.quia interfectus non reducit,sed emittit flatum,& animum. In nifhál.Ieche. 24.16,הֵאָנֵק clama.Secundũ R.D.in lib.rad.est macór: & subauditur מִ,hoc est à clamando tace, quia aliis lugentibus tu tacebis . Dicitur autem hoc verbum per metathesin. i.transpositionem literarum,à נָאַק,quod similiter est clamare. Nomẽ,אֲנָקָה,Clamor.Malac.2. 13,וַאֲנָקָה.Psa.12.6,מֵאֲנָקַת propter clamorem. Est & genus reptilis,quòd iugiter clamet sic appellatum. Leui. 11.30,Tharghum יַלְאָא aliâs יֵילָא sanguisuga.

אֱנַשׁ Vnde אֱנוֹשׁ commune nomen,Homo. Psal.8. 5. Interdum tamen capitur pro particulari & singulari:vt Psal.55.14, וְאַתָּה אֱנוֹשׁ & tu homo. Plurale אֲנָשִׁים homines.Gen.13.9.Hoc nomen in numero multitudinis interdum non exprimit virorum qualitatẽ, sintne nobiles an ignobiles , senes an iuuenes, sed ex cõtextu dignosci potest:vt Num.13.4,כֻּלָּם אֲנָשִׁים vniuersi ipsi viri. Et qui essent exprimitur cum subiungitur, Capita filiorũ Israël ipsi. Et 1.Sem.2.32,יָמוּתוּ אֲנָשִׁים morientur viri:quia in præcedẽti versu dixerat,Et nõ erit senex in domo tua omnib' diebus: cõstat eũ de iuuenibus loqui. Ex hac radice potest esse אִשָּׁה, Mulier,vxor: & daghessatur ob defectũ נ,(debuerat nãque esse אֲנַשָּׁה) & sic plurale אִשּׁוֹת,Eze.23.44.de quibus in אִישׁ. Et in fœmineo

fœmineo plurali deficit א. Gen.4.20,שְׁתֵּי נָשִׁים duas vxores. Ab hoc & אָנוּשׁ,Dolor,afflictio,cõtritio,& grauis infirmitas:Fortis,validus.potest enim esse nomẽ substãtiuũ,& tóar,quod magis quadrat. Irm.30.12,אָנוּשׁ לְשִׁבְרֵךְ grauitas(vel desperatio)cõtritioni tuæ.Et versu 15,אָנוּשׁ מַכְאוֹבֵךְ validus dolor tuus.Iiób 34.5,אָנוּשׁ חִצִּי valida sagitta mea.Alii,infirma,aut languida: nõnulli,insanabilis:quidã,desperata.Irm.17.15,וְיוֹם אָנוּשׁ & diẽ doloris, (vel grauis infirmitatis, aut cõtritionis)non desiderau. Micháh 1.8,אֲנוּשָׁה מַכּוֹתֶיהָ valida percussiones eius.i. vnaquæq; è percussionibus eius. Illud autẽ Psal.69.21, Opprobrium contriuit cor meum,וָאֲנוּשָׁה & dolui: est futurum versum in præteritũ : & א scriptum,est signũ primæ personæ,vt est manifestũ ex eius pũctatura camés: radicale verò deficit, & súrec est loco chólem, testibus R.D.in commen.& in lib.rad.& R.Abra.& R. Himmanuél. In nifhál. 2.Semuél 12.15,וַיֵּאָנֵשׁ & doluit . Et iuxta hanc significationem homo appellatur אֱנוֹשׁ(vt dictum est)quòd omnibus diebus vitæ suæ doleat, & propterea scriptum est Psal. 9.19, יֵדְעוּ גּוֹיִם אֱנוֹשׁ הֵמָּה scient gentes quòd homo sunt.

אֹסֶם Horreum. In plurali,אֲסָמִים,Horrea. R.D. exponit אוֹצָרוֹת הַתְּבוּאָה , id est thesauros , siue repositoria frugum. Prou.3.10,וְיִמָּלְאוּ אֲסָמֶיךָ & implebuntur horrea tua saturitate.

אָסָן Vnde אָסוֹן idem quòd מָוֶת Mors.Gene.42.3.

אָסַף Congregare, colligere, Retrahere, Cósumere, perdere, Auferre,tollere,remouere. Nume.11, 31,אָסַף עֲשָׂרָה חֲמֹרִים congregauit decem coros.Gene.30. 22,אָסַף אֱלֹהִים אֶת חֶרְפָּתִי abstulit Deus opprobrium meũ. h.i.

2.Reg.5.11, וְאֹסֵף הַמְצֹרָע & retrahet ſe (.i. auferetur) lepra. Deute.11.14, וְאָסַפְתָּ דְגָנֶךָ & congregabis(aut colliges)frumentum tuũ. Iudic.18.25, וְאָסְפָתָה נַפְשְׁךָ & congreges(vel potius,conſumas)animã tuam.2.Reg.5.6, וְאַסְפְתִּיו & retrahas eum.i.cures eum à lepra ſua. Irme. 16.5, אָסַפְתִּי אֶת־שְׁלוֹמִי abſtuli pacem meam. Et 8.13, אָסֹף אֲסִיפֵם conſumẽdo conſumam eos. Ieſa.4.1, אֱסֹף חֶרְפָּתֵנוּ aufer opprobriũ noſtrũ.Michàh 4.6, אֹסְפָה הַצֹּלֵעָה congregabo claudicantem.quod ponitur pro אֶאֱסֹפָה, teſte R.D. in Michlól. Pſal.104.29, תֹּסֵף רוּחָם auferes ſpiritũ eorum. ponitur pro תֶּאֱסֹף, teſte R.D.in Michlól. In nifhál.Pſal.47.9,נֶאֱסְפוּ cõgregati ſunt.aut cõgregauerũt ſe.Irm.48.33,וְנֶאֱסְפָה שִׂמְחָה & auferetur lætitia.Ieſa. 57.1,נֶאֱסָפִים colliguntur. In pihél participium,Num. 10.24,מְאַסֵּף לְכָל־הַמַּחֲנוֹת congregans omnia caſtra.Ieſa. 62.9,מְאַסְפָיו. eſt lene.i. ſámec ſine daghés. In puhál. Ieſa.33.4,וְאָסַף & congregabitur. In hifhíl,אַסֵּף,Cõſumam,Sephan.1.3:& Irm.8.13,אַסִיפֵם perdã eos:non ſunt ex hac radice,ſed ex סוּף,teſte R.D. in comment. & in lib.ra. Illud 1.Sem.15.6,פֶּן־אֲסִיפְךָ עִמּוֹ ne forte perdã te cum eo:eſt ex hac radice,& eſt inſtar אוֹבִידָה perdere faciam,Irme.46.8.Et 2.Reg.22.20,אֶאֱסָפְךָ congregabo te.

In Hithpahál.Deute.33.5,בְּהִתְאַסֵּף quum congregati fuerint. Nomen,אֹסֶף,Congregatio,collectio.Ieſa.32. 10.Michàh 7.1, כְּאָסְפֵי־קָיִץ tãquam collectiones fructus. pro fructuum. Alia forma,אֲסֵפָה,Collectio,collegiũ, Eccleſ.12.11,בַּעֲלֵי אֲסִפוֹת domini collectionum.vel collegiorum. R.D. exponit,Verba dominorum collectionum.Et appellantur ſapientes,domini collectionum, aut ſocietatum,eo quòd congregant verba ſapientiarum in libris ſuis. Alia forma, Ieſah.24.21,אֲסֵפָה con

gregatione. Alia forma,אָסוּף 1.Paral.26.13,בֵּית הָאֲסַפִּים domus congregationum.vel conciliorum. R.D.exponit, in congregationibus portarum, domus quæ erat in domo ſanctuarii ad portam cõtra Meridiem.Et appellatur ſic ratione nota apud eos.Et poſſibile eſt quòd Aſuphim eſſent duo loca,ſecundum quod dixit poſtea verſu 17,וְלָאֲסַפִּים שְׁנַיִם שְׁנַיִם, Et in conciliis(.i.locis cõciliorum) bini & bini.acſi dicat, vnicuique ex domibus(i.locis)Aſuphim erant bini Leuitæ. Alia forma, אָסִיף.Exo.34.22,וְחַג הָאָסִיף & ſolennitatẽ collectionis.appellatur ſic,quòd meſſem ac vindemiã, & omnes fructus in domos propter pluuias congregarent. Alia forma,geminata ſecunda & tertia litera,augendi gratia,& א quieſcente. Numeri 11.4, וְהָאַסְפְסֻף Et collectio magna,quæ erat in medio eius.i.populus multus qui congregatus fuerat ad eos.

אָסַר Vincire,ligare,obligare,Accingere. Num.30. 4, וְאָסְרָה אִסָּר & obligauerit ſe obligando. vel obligatione.1.Semuél 6.6,וַאֲסַרְתֶּם אֶת־הַפָּרוֹת & ligabitis vaccas.Gene.49.11,אֹסְרִי לַגֶּפֶן עִירֹה ligans ad vitem pullum ſuum. י redundat,vt communiter ſentiũt grammatici.Sunt tamen qui putent nominis tóar eſſe conſtitutiuũ,vt in pleriſq; aliis.Eccleſ.4.13,כְּבֵית הָסוּרִים de domo vinctorũ. quieſcit א, & deficit de ſcriptura,teſte R.D.Neh.4.12,חֲרְבּוֹ אָסוּרִים gladio ſuo accincti.Eccle. 7.28,אָסוּרִים יָדֶיהָ vincti manus eius.i. qui captus eſt manibus eius,perinde eſt acſi eſſet ligatus in domo vinctorũ.Gen.39.22,כָּל־הָאֲסִירִים omnes vinctos.Legitur haaſirim,& ſic eſt nomẽ tóar:& ſcribitur haaſurim,& ſic eſt participiũ.2.Par.13.3,וַיֶּאְסֹר & ligauit(.i.iniit)Abiiáh præliũ. In nifhál. Gen.42.18,יֵאָסֵר ligetur.vel ligabitur.

In puhál.Iesa.22.3,אֲסָרִו ligati sunt. Nomen, אָסוּר instar אָבוּס,& אָטוּן,Est carcer.Irme.37.14.Et de hac specie secundum R.D.potest esse illud Iudic.15.14, soluta sunt אֲסוּרָיו vincula eius. Alia forma,אֲסָרָה,Obligatio.Num.30.6. Alia forma,אֹסֶר,Nume.30.4. Nomẽ tóar,אָסִיר, Vinctus,ligatus,in carcere positus,Psal. 79.11. Plurale,אֲסִירִים,Psal.68.7. Inuenitur & cũ daghés,אַסִּיר,Iesah.24.22. Et secundum aliam formam (vt arbitratur R. Iehudáh) Ieche.20.37,& inducãt nos בְּמַאֲסֹרֶת הַבְּרִית in vinculũ fœderis . ponitur pro

אַף Est עוֹד,Adhuc, amplius: גַּם,Etiam. Leuit.26.16, אַף־אֲנִי etiam ego faciam. Illud autem Psal.138.7, עַל אַף אֹיְבַי super etiã inimicos meos extẽdes manũ tuã: est hypallage,pro אַף עַל אֹיְבַי etiã super inimicos meos, &c.teste R.D. quanquam R. Ioséph exponit iuxta aliã significationẽ, nẽpe,super furorem inimicorũ,&c.

Et sequente dictione כִּי,significat כָּל־שֶׁכֵּן Quãto magis.Prouerb.11.30, si iusto in terra reddetur, אַף כִּי רָשָׁע quãto magis impio?Gene.3.1, אַף כִּי־אָמַר cur dixit Deus, Nõ comedetis,&c. R.D.exponit,quãto magis: additque,Dixit ad mulierẽ alia verba: videtúrque dixisse ei, Dominus odio habet vos , tametsi sitis cunctis aliis creaturis nobiliores:nam nõ collocauit vos in amplissimo gradu dignitatis illius & illius: & quanto magis quòd dixerit vobis,Non comedetis, &c.ex quo agnoscere potestis quòd odio habet vos. Et hæc additio nõ debet dura tibi videri, tum quia ipsa dictio אַף,semper aliquid addit super illud quod dicitur:tũ quia mos diuinæ Scripturæ est vt ex fine verborum, faciat earum principia te intelligere,vt videre est de exploratoribus quos misit Iehosúah,qui dixerunt,Quia dedit Dominus in manu nostra omnem terram, וְגַם־נָמֹגוּ & etiam

dissoluti sunt omnes habitatores terræ à facie nostra, Ieho. 2.24.Nõ est ergo rectũ quòd hoc fuerit initium verborum eorum:quia dictio כִּי,reddit rationem eorũ quæ prius dixerant:verum Scriptura ex fine notum fecit principium. Interdum tamen deficit dictio כִּי,dictioni אַף significãti quãto magis,vt Iiób 4.19, אַף שֹׁכְנֵי Quanto magis qui habitant, &c. Ab hac radice secundũ R.Ionáh fit אַף,Nasus,siue nares:& Furor,sic appellatusquòd in naso conspiciatur:&Facies,sic appellata quòd eius pars superior sit nasus.Significat etiã portionem siue partem.R.tamen D,huius radicem putat esse אָנַף,vt illic dictum est, & daghés ostendit deesse נ, Thren.3.42,סָכָתָה בָאַף operuisti in furore. Psal.27.9, אַל־תַּט בְּאַף ne declines in furore. Et 78.50,לְאַפּוֹ furori suo. Num.11.20,מֵאַפְּכֶם de naso vestro. Pro vultu & facie, numero etiã duali dicitur. Gene.19.1,וַיִּשְׁתַּחוּ אַפַּיִם & incuruauit se super faciem.deficit עַל. Et sic 42.5,וַיִּשְׁתַּחֲווּ־ לוֹ אַפַּיִם & incuruauerunt se ei super faciem.Itẽ 2.7,וַיִּפַּח בְּאַפָּיו & inspirauit in faciem eius.Et 3.19,בְּזֵעַת אַפֶּיךָ in sudore vultus tui. siue faciei tuæ. Illud autem 1.Sem. 1.4,& Channæ dabit(pro dedit)partem vnam אַפַּיִם:exponit R.D, נִכְבֶּדֶת honorabilẽ, vt quiescere faceret(.i. coquiesceret) אַפַּיִם iras,hoc est, eius iram. Vel רְאוּיָה לְפָנִים conuenientem faciei.i.partem honorabilem. R.vero Ioséph Kimchi eius pater, exponit quòd Peninnáh vxori suæ,& omnibus filiis eius dedit partes singulas singulis: Channæ verò dedit vnam tantũ partẽ, eo quòd esset sola absque liberis,cuius rei gratia admodum irascebatur. Psal.86.15, אֶרֶךְ אַפַּיִם longus iris.i.tardus ad irascẽdum,vel ad furorem.Cótrà,Prou.14 17,קְצַר־אַפַּיִם breuis iris.i.festinus,velóxque ad iram.

Universidad de Deusto Biblioteca

חָשַׁךְ Tenebreſcere,obſcurari. Ieſa.13.10,חָשַׁךְ הַשֶּׁמֶשׁ obſcuratus eſt ſol . Michāh 3. 6, וְחָשְׁכָה לָכֶם & tenebreſcet vobis. ſub.nox. Et in hifhíl, Hamós 5. 8,וְיוֹם לַיְלָה הֶחְשִׁיךְ & diem in noctem(vel vt noctem) tenebreſcere fecit.Iób 38.2,Quis eſt hic מַחְשִׁיךְ עֵצָה obſcurans cōſilium? Irme.13.16,Antequā יַחְשִׁיךְ tenebreſcat. vel tenebreſcere faciat. Dicunt tamen grāmatici hoc eſſe defectiuum.i.ſine י coniugationis.Pſal.139.12,Etiā tenebra(pro tenebræ)לֹא־יַחְשִׁיךְ מִמֶּךָּ nō tenebreſcet à te. Vel trālitiue,nō tenebreſcere faciet,aut obſcurabit à te, ſub.דָּבָר aliquid. R.Dauid. Et 105.28, וַיַּחְשִׁיכוּ & obſcuravit. Hoc etiā eſt ſine י coniugationis. Nomen,חֹשֶׁךְ, Obſcuritas,vel tenebra. Geneſ.1.2,וְחֹשֶׁךְ & tenebra. Et forma fœminea,Gen.15.11,חֲשֵׁכָה גְדֹלָה tenebra magna. Pſal.18.12, חֲשֵׁכַת־מַיִם obſcuritas aquarum. Plurale forma maſculea,חֲשֵׁכִים,Tenebræ.Ieſah.50.10. Alia forma,præpoſito מ,מַחְשָׁךְ,Tenebra.Pſal.88.19,notos meos

חֹשֶׁן Pectorale. Exo. 28.15, Et facies חֹשֶׁן מִשְׁפָּט pectora le iudicii. Appellatur pectorale iudicii (inquit R.D.) eo quòd ſuper illud eſſent Vrim, & Tummim, quæ indicabant iudicium hominũ per illa interrogãtium. Hebræi Pectorale vocant quòd illud ornamenti genus ſupra pectus ſacerdotis poneretur.

חָשַׂף Eſt גָּלָה, Reuelare, diſcooperire, nudare: & per tranſlationem, Haurire, exhaurire. Ieſa. 52.10, חָשַׂף יְהוָה אֶת־זְרוֹעַ קָדְשׁוֹ reuelauit Dominus brachiũ ſanctitatis ſuæ. Irme. 13.26, Et etiã ego חָשַׂפְתִּי שׁוּלַיִךְ diſcooperui fimbrias tuas. Chag. 2.19, Veniẽs ad torcular לַחְשׂף ad exhauriẽdum (euacuãdum) quinquaginta lagenas, erũt viginti. acſi dicat, Veniẽs ad capiẽdũ totũ vinũ nouũ, ita vt in torculari nõ remaneret quicquã, inuẽtum eſt, pro quinquaginta quæ putabat ſe hauſturum, eſſe tantum decẽ. Ieſa. 30.14, וְלַחְשׂוֹף מַיִם מִגֶּבָא & ad hauriẽdũ aquã de ciſterna. acſi dicat, Ad capiẽdũ aquã de fouea in qua paululum eſt aquæ, ita vt nemo ſit qui è fouea capere poſſit aquam magno vaſe, niſi eo fracto, vt poſſint hærere fracturæ vaſis, fundo foueæ, & paululum aquæ capere: qua accepta, remanet fouea diſcooperta. ideo dixit וְלַחְשׂוֹף. Vel quia aquæ latẽt in fouea: & quando capiuntur, manifeſtantur. Et 20.4, וְחַשּׂוּפֵי שֵׁת & diſcoopertis natibus. quod eſt ſicut חֲשׂוּפִים, inquit R.D. in Michlól, & li.ra. ſicut illud Irme. 22.14. חַלּוֹנַי, pro חַלּוֹנִים. Nomen, Gene. 30.35, מַחְשֹׂף הַלְּבָן nudationem cãdoris qui erat in virgis. Hinc & חָשִׂיף, Paruus grex. 1. Reg. 20.25, ſicut duo חֲשִׂיפֵי עִזִּים parui greges caprarum.

חָשַׁק Eſt חָפֵץ, Cõcupiſcere, deſiderare, Amare, diligere, Adhærere, cõiungere, Cingere, Cõplacere. Deuter. 7.7, חָשַׁק יְהוָה בָּכֶם cõplacuit Dominus in vobis.

bis. Aut, adhæſit Dominus vobis. Vel, dilexit Dominus vos. Tharghum, צְבִי cõplacuit. Pſal. 91.13, כִּי בִי חָשַׁק quoniá in me cõplacuit, (vel mihi adhæſit,) liberabo eũ. 1. Reg. 9.19, אֲשֶׁר חָשַׁק quã voluit (deſiderauit) ædificare. Ieſa. 38.16, Et tu חָשַׁקְתָּ נַפְשִׁי deſideraſti animã meã (ſub. eruere) à fouea. Vel, Tu adhæſiſti animæ meæ vt eã defenderes à fouea, vel corruptione, vt exponit R.D. in cõment. Et in pihél, Exod. 38.26, וְחִשַּׁק אֹתָם & coniunget (aut cinget) eas. Nomen cũ quinque pũctis, חֶשֶׁק Volũtas, beneplacitũ, deſideriũ, amor. 1. Reg. 9.19, וְאֶת חֶשְׁקִי & voluntatẽ (beneplacitum) Selomóh, &c. Ieſa. 21.4, אֶת נֶפֶשׁ חִשְׁקִי noctẽ (vel crepuſculũ) amoris mei (i. amabilem mihi) poſuit mihi in pauorẽ. Hinc etiam חֲשׁוּק, Filum coniunctũ in circuitu columnarũ, quemadmodum fit in doliis ligneis ad coniungendum illa, circulus doliaris. Exod. 27.10, Et capita columnarum וְחַשְׁקֵיהֶם & fila cingentia illas argentea. Aliud, חִשֻּׁק, Canthus. 1. Reg. 7.33, וְחִשֻּׁקֵיהֶם & canthi earum.

חָשַׁר Eſt קָשַׁר, Ligare, inquit R.D. Vnde חִשֻּׁר, Ligamen. 1. Reg. 7.33, וְחִשֻּׁרֵיהֶם & ligamina earum. Hinc etiã eſt חֲשָׁרָה, Colligatio. 2. Semu. 22.12, חֲשָׁרַת־מַיִם colligationẽ aquarum, nubes cælorũ. Pro quo Pſal. 18.11, ponitur חֶשְׁכַת־מַיִם tenebroſitas aquarũ. Ex colligatione enim nubiũ inter ſeſe, ob illarum multitudinẽ, quia ſunt plenæ aqua, tenebreſcit terra.

חָתַת Conterere, frãgere, cõfringere. Refertur & ad animã, pro frangi animo, conſternari, terreri, pauere. Præteritum autẽ in cal, eſt חַת cum pathách ſicut in aliis geminatis. Deeſt enim ſecunda radicalis: & ad hoc ſignificandum, punctatura ipſius ſecundæ literæ quæ eſt in verbo perfecto חָתַת, remanſit in prima,

teſte R. Dauid in Michlól. Irm. 50.2, חַת fractus (vel cõ
ſternatus) eſt animo. Iiób 41.24, Qui factus eſt לִבְלִי־חֵת
vt non frãgatur animo. i. terreatur aut paueat. eſt præ-
teritum, vel nomen, inquit R. Dauid in lib. rad. ſi no-
men, vertẽdum eſt, abſque pauore. Tharghú דְּלָא יִתְבַּר
vt non frangatur. ſub. animo. R. Abrahám, vt non ti-
meat, tremátque. Irme. 50.2, חֲתוּ גְּלוּלֶיהָ fracta ſunt idola
eius. 1. Semu. 2.4, קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים arcus, fortes (aut potẽ-
tes) fracti. aut pauentes. Deeſt ו coniunctio, vt ſit arcus
& fortes, &c. nã non poteſt חַתִּים referri ad קֶשֶׁת fœmi-
neum ſingulare, quũ illud ſit maſculeũ plurale: ſed ad
גִּבֹּרִים eiuſdẽ & generis & numeri: acſi diceret, & arcus &
fortes fracti. ſub. ſunt. R. Dauid in cõmen. Fœmineũ,
Irme. 14.4, Propter terrá חַתָּה contritã. Sed quia eſt lon
gum, eſt præteritum, & nõ participiũ, quod eſt breue,
ad differentiã præteriti: ſicque eſt vertẽdum, Eo quòd
terra erat cõtrita. Tharghũ, propter peccata inhabitan
tium terrã contriti ſunt. Et ſic idẽ Irme. 48.20, Pudore
ſuffuſus eſt Moáb, כִּי־חַתָּה quia contritus eſt. vel contri-
ta eſt: vt prius referatur ad populũ, poſterius ad vrbẽ.
Tharghum, pudore ſuffuſi ſunt Moabitæ, quia cõtriti
ſunt. Et in nifhál, Malachi 2.5, Et propter nomẽ meũ
נָחַת חָת cõtritus eſt. vel timuit ipſe, aut timidus fuit ip
ſe. Vnde & Tharghú habet, דְּחִיל timuit, aut timidus. 2.
Sem. 22.32, וְנִחַת קֶשֶׁת־נְחוּשָׁה זְרֹעֹתָי & conteretur arcus æ-
reus brachiis meis. Deficit enim ב in זְרֹעֹתָי, inquit R. D.
in cõment. & lib. rad. éſtq; verbum maſculeũ: ſed Pſal.
18.35, eſt fœmineũ, וְנִחֲתָה, quia קֶשֶׁת in vtroque genere
inuenitur. Et hoc poſterius, ſecundum normã debue-
rat dagheſſari, quanquam ſit lene ſicut & illud Ieche.
41.7, וְנָסְבָה & circundabitur. R. Dauid in Michlól, & in

li. ra. Irm. 21.13, מִי־יֵחַת עָלֵינוּ quis cõteretur ſuper nos? vel
potius, deſcẽdet, à נָחַת, ſecundũ R. D. in lib. ra. & in cõ-
mẽ. i. quis aſcẽdet, vel caſtrametabitur cõtra nos? Deu.
1.20, וְאַל־תֵּחַת & ne paueas. Illud Prou. 17.10, תֵּחַת גְּעָרָה, nõ
eſt ex hac radice, ſed à נָחַת, aut חָתַת, vt dicetur. Vel poni
tur pro אָחַת vna. 1. Semu. 2.10, Domine יֵחַתּוּ מְרִיבָו con-
terãtur rixæ eius. Et in puhál, Irm. 51.55, חַתְתָה קַשְׁתוֹתָם,
cõfractus eſt (ſingulus ex) arcubus eorũ. In quo chiric
ponitur vice ſúrec, inquit R. D. in lib. rad. & in Mich-
ól. quanquã (vt idẽ ſcribit) poſſit eſſe ex pihél, vt refe-
ratur ad Babél. i. acſi ipſe confregiſſet, propter eius pec
cata, arcus fortiũ eius. Et in hifhíl, Ieſa. 9.4, שֵׁבֶט הַנֹּגֵשׂ
בּוֹ חִחַתָּ virgá exactoris eius cõfregiſti. aut confringe-
re feciſti. Irme. 1.17, ne forte אֲחִתֵּךְ conteram te ante il-
los. ſic Tharghum. R. Dauid in cõmen. cadere faciam.
Chabac. 2.17, Et præda animalium (. i. quã fecerunt ani
malia) יְחִיתַתְן terrebit ea. י quieſcẽs (inquit R. D.) ponitur
vice daghés: quia ſecundum normã ת erat dagheſſan-
dum, & eſt cum pathách præter normã: נ autem eſt ſi-
gnum pronominis fœminei. R. Dauid in lib. rad. Sic
autẽ exponit R. Ionáh, Dixerat regi Babél, Rapina quã
feciſti ipſi Lebanón (. i. terræ Iſraél) operiet te, hoc eſt,
in caput tuũ demum cõuertetur, quemadmodum be-
ſtiis rapacibus vſuuenit, quæ quum diu, multáque ra-
puerint, cõgregatis aduerſum illas hominibus, pœnas
ſuæ luunt rapinæ. Et ſecũdum illũ radix eſt חִתַּת. quod
R. Dauid improbat, quia non eſt ponẽda per ſe radix,
quum inueniatur חַתַּת. Poteſt etiã à חָיָה deduci, & ſic eſt
nomen, id eſt contritio eorũ, vt dicunt nonnulli, teſte
eodẽ R. Dauid in radice חָיָה & חַתַּת. Et in pihél, Iób
7.14, וְחִתַּתַנִי & terrebis me per ſomnia. Nomẽ חַתַּת, vt

in præterito coniugationis cal, Iiob 41.24. Nomen perfectum, Iiób 6.21, Videtis חִתָּת fractionẽ. aut contritionẽ. Alia forma, Genes. 35.5, חִתַּת אֱלֹהִים pauor Dei. quod secundũ normã debuerat esse חִתְּתַת, instar צִדְקַת, & est in regimine. Alia itẽ, Iechez. 32.26, Quia חִתִּית גִּבּוֹרִים terror (pauor, aut cõtritio) fortiũ in terra viuentium. Et 29, בְּחִתִּיתָם in terrore suo. Alia præterea, præposito מ, Psal. 89.41, Posuisti munitiones eius מְחִתָּה cõtritionẽ. vel pauorẽ, siue terrorẽ. Nomẽ geminatũ, Eccles. 12.5, וְחַתְחִתִּים בַּדֶּרֶךְ & cõtritiones (vel pauores) in via. acsi dicat, Contritiones, pauoresq; veniẽt eis in via, vt præ lassitudine ac debilitate nequeant ambulare.

חָתָה Est לָקַח, Capere, accipere, inquit R.D. Prouer. 25.22, כִּי גֶחָלִים אַתָּה חֹתֶה quia prunas tu accipis super caput eius. est defectiuum, hoc est sine ו. Et in hifhil, Psal. 52.7, יַחְתְּךָ capiat te. vel capiet te. Prouerb. 17.10, תֵּחַת גְּעָרָה capietur increpatio, &c. & est instar תֵּחַע pro תַּחְתֵּה תִּתְעֶה. Sed rectũ est, inquit R. Dauid, vt radix sit נָחַת descẽdit, másit: acsi dicat, descẽdet manebitque increpatio in sapiẽte. Vide נָחַת. Nomen, præposito מ, מַחְתָּה, Vas quo capitur ignis, Thuribulũ, acerra. Leuit. 16.12, Assumétque מְלֹא חַפְנָיו מַחְתַּת plenum thuribulũ de prunis ignis. Num. 4.14, אֶת־הַמַּחְתֹּת thuribula.

חָתַךְ Incidere, præcidere, Definire, determinare. Semel tantũ inuenitur in Arcanis literis, ídque in nifhál. Dani. 9. 24, Hebdomadæ septuaginta נֶחְתַּךְ עַל־עַמְּךָ præcisa est (pro præcisæ, determinatæ sunt) super populum tuũ. Vtũtur sæpe hoc verbo doctores Hebræorum, pro incidere. Vnde incisuram carnis, hoc est frustum, vocant חֲתִיכָה שֶׁל בָּשָׂר: & ita dicunt, בְּמָקוֹם חָתָךְ in loco incisionis. & alia eius generis multa.

חָתַל Est חָבַשׁ, Ligare, alligare, circunligare. & עָטַף, Operire, inquit R. Dauid in lib. ra. Ieche. 16.3, וְהֶחְתֵּל לֹא חֻתָּלְתְּ & inuoluẽdo non esses inuoluta. aut, operiendo non fuisses operta. Vel (vt ait idẽ R.D. in cõment.) fasciãdo nõ fuisses fasciata. sub. quẽadmodum puer fasciatur, & ligatur fasciis, pãnísque, vt illius consolidentur dirigantúrque mẽbra, qui in ventre matris suæ fuerat secundis obuolutus, & caput inter crura habuerat. Nomen, חִתֻּלָה, Fascia. Iiób 38.9, & caliginem חִתֻּלָתוֹ vt fasciam eius. sub. posui.

חָתַם Signare, sigillare, Claudere. Iechez. 28.12, Tu חוֹתֵם תָּכְנִית sigillans (.i. sigillas, signas) summã. acsi dicat, Tu sigillas, perficísque summã, quia in te est sigillum totũ: & stellas sigillas, absc ódísque, quẽadmodum literas abscondit sigillũ. Deuter. 32.33, חֲתוּמִים בְּאֹצְרוֹתָי signatũ (sigillatũ) in thesauris meis. Dani. 9.24, וְלַחְתֵּם חָזוֹן & ad claudẽdum (vel signãdum, sigillandúmque) visionem. Et in nifhál, Estér 8.7, וְנֶחְתָּמִים & signabitur (pro signatur, sigillatur) annulo regis. ɔ cũ camés. R.D. in Mich. Et cú seghól, Estér 3.12, וְנֶחְתָּם. Prius est secúdũ formã pahól. Et in pihél, Iiób 24.16, Perfodit (pro, perfodiunt) in tenebris domos quas in die חָתְמוּ־לָמוֹ signauerút sibi. acsi dicat (ait R.D.) In die signũ apponẽt fures in parietibus, & nocte perfodiẽt in loco quẽ signauerũt. Sic R. Leui. Sunt qui exponút, In die claudẽt se, ne videãtur ab hominib⁹. & hoc est quod mox sequitur, Nõ nouerũt lucẽ. Et in hifhíl, Leui. 15.3, אוֹ־הֶחְתִּים בְּשָׂרוֹ vel clauserit (aut claudere fecerit) carnẽ suam a fluxu suo. acsi dicat, quòd fluxus obstruxerit os meat⁹, & clauserit illũ propter densitatem suã. Nomẽ, חוֹתָם, Signũ, signaculum, sigillũ, annulus. Cant. 8.6, Pone me כַּחוֹתָם

עַל־לִבֶּךָ כַּחוֹתָם עַל־זְרוֹעֶךָ ſicut ſignaculũ ſuper cor tuũ, & ſicut ſignaculum (vel annulum) ſuper brachiũ tuũ. Ne videlicet remoueas me à corde tuo, quẽadmodũ annulus quo ſignãtur ſiue ſigillãtur literæ, non remouetur à manu ſigillantis. & ſic Irme.22.24, Si fuerit, &c. חוֹתָם עַל־יַד annulus in manu dextera mea, &c. Alia forma, Geneſ.38.24, agnoſce quæſo cuius ſit חֹתֶמֶת annulus.

חָתַן In hithpahál, Affinitatẽ contrahere, generum eſſe, cõnubia iungere. Iehoſ.23.12, וְהִתְחַתַּנְתֶּם בָּהֶם & connubia iunxeritis cũ eis. 1.Semu.18.22, הִתְחַתֵּן בַּמֶּלֶךְ affinitatẽ contrahe cum rege. Hinc eſt חוֹתֵן, Socer. Iudicũ 4.11, de filiis Chobáb חֹתֵן ſoceris Moſéh. R. Ionáh expoſuit, cognati. dicit enim ſignificare fratrem vxoris viri, ſeu mariti: & hoc, quia Nume.10.29, ſcriptũ eſt, Et dixit Moſéh ad Chobáb filiũ Rehuél Midianitis חֹתֵן ſocerũ Moſéh. & Exod.2.17, Et venerũt ad Rehuél patrẽ ſuũ. Et ſic videtur quòd Rehuél ſit Ithró, & Chobáb filius ipſius Ithró. ſed hoc non eſt rectũ. Nã nónne dixit ei, (Num.10.31,) Ne quæſo derelinquas nos: quia reuera noſti quòd dũ maneremus in deſerto, fuiſti nobis pro oculis, &c. Cõſtat autẽ Ithró fuiſſe cũ illis in deſerto, vt dicitur Exo.18.1, Et audiuit Ithró ſacerdos (vel princeps) Midián ſocer Moſéh. Dicẽdũ eſt igitur, quòd Ithró eſt Chobáb, & Rehuél pater ipſius Ithró. Mos autem linguæ Sanctæ eſt, patrẽ patris. i. auum, vocare patrem, ſicut & nepotẽ filium. & ſic dictũ eſt, Et venerũt ad Rehuél patrẽ ſuum. i. auum ſuum. Et חָתָן, Gener, Sponſus. 1.Semu.18.18, Quia ero חָתָן לַמֶּלֶךְ gener regi. Exo.4.25, Et tulit Sipporáh petrã, ac circũcĩdit præputium filii ſui, & tãgere fecit pedes eius, & dixit, כִּי חָתַן דָּמִים אַתָּה quia ſponſus ſanguinum es mihi. Videtur (inquit R.D.) quòd quẽadmodum vocabant hominẽ

in die thalami ſui חֻתָּן, itidem vocarent lactentẽ in die circunciſionis ſuæ חֻתָּן, quia חֻתָּן ſignificat innouare, ac inchoare lætitiã: quod fiebat nõ modo in die thalami, hoc eſt nuptiarũ, verumetiã in die circũciſionis. Vnde ad hunc modum explicatur, Dixerat enim prius verſu 24, Et fuit in via in diuerſorio, & occurrit ei Dominus, & quæſiuit interficere illum. i. Angelus Domini quæſiuit interficere Moſéh, eo quòd non circũciderat Eliézer filium ſuũ. Cognito Moſéh hoc, iuſſit Sipporæ vt illum circunciderẽt: quia ipſe nequibat ob ægritudinẽ quæ ſibi acciderat. Tunc Sipporáh accepta petra, circũcĩdit præputiũ filii ſui, & tãgere fecit pedes ipſius Moſéh. acſi dicat, Si ægrotaſti eo quòd non circũciſti filium, ecce ſanguis circunciſionis. Et dixit quũ circunciderẽt filium, Quia ſponſus ſanguinũ es mihi. acſi dicat, Factus es ſpõſus ſanguinũ hodie mihi, ob ſanguinẽ, & mariti mei occiſionẽ. Et quum tangere feciſſet de ſanguine circunciſionis pedes Moſéh, receſſit ægritudo ab illo: tunc declarauit ac dixit, Sponſus ſanguinum: propter circunciſionẽ. acſi dicat, Tu quẽ vocaui ſponſum ſanguinũ, non es ſpõſus ſanguinum ob ſanguinẽ occiſionis, ſed propter ſanguinẽ circunciſionis. Hucuſque R.D. Tharghũ, In ſanguine circũciſionis huius datus eſt ſponſus nobis. R. Selomóh ſic explicat, Et dixit ſuper puerum, Quia ſponſus, &c. i. tu es cauſa quòd ſponſus meus occidatur propter te, tu occidis maritum meum. & receſſit angelus ab eo. Tunc agnouit quòd ob circunciſionẽ venerat ad occidendũ eum. Dixit, Sponſus ſanguinũ. i. ſpõſus meus occidendus erat ob circunciſionẽ. Nomen, חֲתֻנָּה, Nuptiæ, deſponſatio. Cant.3.11, In die חֲתֻנָּתוֹ deſponſationis illius.

verò florem optimi odoris, nigríque coloris, id eſt vacinium, vt arbitror.

חַכְלִיל Eſt Rubeſcere. Vnde nomen tóar, חַכְלִילִי, Rubicundus. Gene. 49.12, חַכְלִילִי עֵינַיִם מִיָּיִן, rubicúdior oculos vino. Nomen, Prouer. 23.29, Cui חַכְלִילוּת עֵינַיִם rubedo oculorum? Rubedo, ob multam vini potationem, inquit R. Dauid.

חַלְמִישׁ Vnde חַלָּמִישׁ, hoc eſt חָזָק, Fortis, durus. & tátum dicitur de petra, aut ſilice. Pſal. 114.8, חַלָּמִישׁ ſilicẽ (aut petrã) in, &c. Deute. 32.13, מֵצוּר חַלָּמִישׁ de petra ſilice petræ. Et contrà, Deute. 8.15, מֵצוּר חַלָּמִישׁ de petra ſilicis. i. dura. Sic dicitur, Exo. 25.4, וְתוֹלַעַת שָׁנִי & vermiculus cocci: & Leui. 14.6, שְׁנִי הַתּוֹלַעַת coccus vermiculi.

חֲנָמֶל Genus grandinis, inquit R. D. in lib. rad. aut Glacies fortis, ſecundũ R. Sahadiáh. Alii, Frigus. Pſal. 78.47, Et moros eorũ בַּחֲנָמֶל in grandine. R. Chaſén exponit, in locuſta. ſcripſit enim ſpeciẽ eſſe locuſtæ, dictionémque è duabus cõpoſitam dictionibus, חָנָה & מָל, eo quòd maneret & excideret virentia. R. Abrahám, in lapide. i. lapidibus magnis è cælo demiſſis.

חַסְפַּס Geminata ſecũda litera. Vnde מְחֻסְפָּס, Teres, rotundus. Exod. 16.14, Et ecce in ſuperficie deſerti tenue מְחֻסְפָּס rotundum. Tharghũ, מְקַלָּף, decorticatum. R. Selomóh, rotundum. Alibi non inuenitur in Sacris literis.

חַרְגֹּל Species locuſtæ. Leuit. 11.22, וְאֶת הַחַרְגֹּל & hargolum ſecundum ſpeciem ſuam. quo loco locuſtarum quatuor enumerantur genera.

חַרְטֹם Eſt genethliacus, inquit R. Abrahám. i. qui ex die natali fortunã hominis ſucceſſúmq; pronũtiat. Dani. 2.10, Non interrogat לְכָל חַרְטֹם omnẽ

vel nuptiarũ eius. acſi dicat, In die thalami illius, quia eſt dies in quo factus eſt ſponſus. Abſolutum non inuenitur in Scriptura.

חָתַף Eſt חָטַף, Rapere, inquit R. D. Iiób 9.12, הֵן יַחְתֹּף ſi rapuerit, quis reſtituere faciet illum? R. Moſeh exponit יִגְזֹל פִּתְאוֹם rapuerit repẽte, (ת enim & ט inuicem permutãtur in plæriſque locis) quis, &c. non enim valet homo cogere illum vt prædã, raptúmq; reſtituat. R. Abrahám iunior, Si Deus hominẽ rapere voluerit, quis, &c. Tharghũ, Si rapuerit hominẽ in mundo, quis, &c. Nomen cũ ſex punctis, חָתָף. Prouerb. 23.28, Etiã ipſa כְּחָתָף prædæ (aut rapinæ) inſidiabitur. R. Dauid, כְּחַטִּיפָה ſicut rapinæ. Dicit tamen in lib. rad. כ eſſe expreſſiuũ veritatis, vt & Gene. 25.32, Iura mihi כַּיּוֹם tẽpore hoc. acſi dicat, in tẽpore quo potuerit rapere, tolleréq;, inſidiabitur. Poteſt etiã verti, tãquã rapinæ, &c.

חָתַר Eſt חָפַר, Fodere, perfodere. Iiób 24.15, חֹתֵר בַּחֹשֶׁךְ בָּתִּים perfodit in tenebris domos. Hamós 9.2, אִם יַחְתְּרוּ ſi perfoderint in inferno. vt in illo videlicet lateant. Ionáh 1.12, וַיַּחְתְּרוּ הָאֲנָשִׁים & proiecerunt ancho ras viri vt reducerent (ſcilicet nauẽ) ad aridã. Sic enim fodiebãt profundum maris. Vel, & foderunt viri, ſcilicet in ſuis cogitationibus. i. inueſtigauerunt, ſcrutatíque ſunt cauſas, cõſiliáve vt poſſent educere nauem in aridam. Sunt qui exponũt, Et foderunt remis. i. remigauerunt. Remiges enim, mare perfodere videntur.

QVADRATA NOMINA.

חֲבַצֶּלֶת Cum ת ſigno fœmineo, Roſa. Canti. 2.1, ego (tanquam) חֲבַצֶּלֶת הַשָּׁרוֹן roſa campi. R. Abrahám nonnullos refert exponere roſam, alios verò,

genethliacũ. Exo.8.18,Et dixerũt הַחַרְטֻמִּים genethliaci.

חרמש Falx. Deut.16.9,& 23.25,וְחֶרְמֶשׁ & falcẽ non eleuabis ſuper meſſẽ amici tui. i.proximi.

חרצב Ligamen,vinculum,colligatio. Plurale forma fœminea,Pſa.73.4,Quia nõ ſunt חֲרָצֻבוֹת colligationes(aut ligamina) morti eorũ. i.flagella, & ægritudines in eorũ morte,ſed quietè moriũtur. Ieſa. 58.6,Solue חַרְצֻבוֹת רֶשַׁע colligationes impietatis.

חרצן Acinus vuæ. Nume. 6.4, מֵחַרְצַנִּים de acinis, &c.non comedet.

חשמל Nomen angeli:vel potius coloris ſimilis igni. Ieche.1.4,Et de medio eius ſicut color חַשְׁמַל angeli.vel coloris ſimilis igni.Et 8.2,הַחַשְׁמַלָה.vbi reduũdat,& propterea eſt longa, inquit R.D.in cõment.ſicut & illud 2.Reg.16.17,הַחִישֻׁנָה.Vnde & Tharghum ſimpliciter habet חַשְׁמַל.

חשמן Pſal.68.31,Venient חַשְׁמַנִּים,id eſt vt ait R.Selomóh,munera.alii,ſatrapæ.R.D.in lib.ra.viri magni, ducéſque. Vel eſt nomẽ familiæ magnæ.R. Abrahám, סָגָנִים principes magni, aut ſummi ſacerdotes.R.Himmanuél,principes magni,regéſve.

ט

Litera,ſemper radicalis eſt.

טבח Eſt זָבַח,Mactare,iugulare,occidere,immolare,ſacrificare.Exo. 21.37,וטבחו & occiderit illud.1.Semu.25. 11,ואת טבחתי אשר טבחתי & victimã meam quã occidi.Participiũ paſſiuum,Deuter.28.31,Bos tuus טְבוּחַ iugulatus.ſub.erit. Imperatiuũ,Geneſ.43.15,וּטְבַח טֶבַח & occide victimã.vel occiſionẽ. quanquã R.Selo-

móh putet eſſe macór. Tóar,1.Semu.9.23,Et dixit Semuél לַטַּבָּח coquo. Gen.37.35,Principi הַטַּבָּחִים coquorũ, aut laniorum,vel carnificũ. Nomen,טֶבַח,Occiſio,victima.Ieſah.34.6,וְטֶבַח גָּדוֹל & occiſio magna. Et cum fœmineo, Irme.12.3, Sicut ouis לְטִבְחָה ad occiſionem. טִבְחֵתִי,vide præteritũ. Et præpoſito מ,Ieſah.14.21,Præparate filios eius מַטִּבְחָה occiſioni.Vel,præparate filiis eius occiſionem. Tóar fœmineũ,1.Sem.8.14,וְלַטַּבָּחוֹת & in piſtrices.

טבל Tingere,intingere,mergere,demergere,lauare,baptizare. Leuit.4.6, וְטָבַל הַכֹּהֵן אֶת־אֶצְבָּעוֹ בַּדָּם & intinget ſacerdos digitũ ſuum in ſanguine. 2.Reg. 5.14,וַיִּטְבֹּל & lauit ſe in Iardén.Et per tranſlationé,Iób 9.31,Tũc in foueã תִּטְבְּלֵנִי demerges me. acſi dicat,Etiã ſi lauero me aquis niuis,tu lauabis me in fouea,ita vt non eruar ex ea. R.D.in lib.ra. Et in niphál,Iehoſ.3. 15,Et pedes,&c. נִטְבְּלוּ tincti ſunt in extremitate aquæ.

טבע Mergere,demergere,immergere,ſubmergere, Figere,infigere,defigere. Pſalm.69.3,טָבַעְתִּי בִּיוֵן מְצוּלָה infixi(aut demerſi)me in limo profundi. Eſt verbum actiuum intranſitiuũ,quod ſæpe per paſſiuũ vertitur.1.Sem.17.48, וַתִּטְבַּע הָאֶבֶן & fixus eſt lapis in fronte eius. Et in puhál,Exo.15.4,טְבֻּעוּ ſubmerſi ſunt in mari. Et in hofhál,Iób 38.6,Super quo baſes eius טְבָּעוּ fixæ ſunt.Prou.8.24,Antequã montes הָטְבָּעוּ figerẽtur.

Hinc eſt טַבַּעַת,Annulus:quòd digito infigatur ſic appellatus.Eſter 3.12,Et ſignauit בְּטַבַּעַת הַמֶּלֶךְ ãnulo regis. Exo.25.11,Et fundes ei quatuor טַבְּעֹת זָהָב annulos auri.

טבור Vmbilicus in homine.& quia ipſe vmbilicus eſt in medio corporis, per trãſlationé,medium terræ vocatur טַבּוּר. Iudicũ 9.37, טַבּוּר הָאָרֶץ de vm-

bilico terræ.

טָהַר In cal, eſt Mundare, purificare. & eſt cum ſerí, vt חִפֵּץ. Leuit.13.34, Et lauabit veſtimenta ſua, וְטָהֵר & mundabitur. ſiue mundus erit. Sunt enim verba intrãſitiua actiua. Prouerb.20.8, טָהַרְתִּי מֵחַטָּאתִי mundus ſum à peccato. Imperatiuum vice futuri, 2. Reg.5.10, Et reuertetur caro tua tibi, וּטְהָר & mũdus eſto. pro, & mundus eris. R.D.in lib.rad. eſt enim ſicut וְתִטְהָר. Leuit.16.30, Corã Domino תִּטְהֲרוּ mundi eritis. Et in pihél, Leuit.13.13, וְטִהַר אֶת הַנֶּגַע & mundabit plagã. Malachi 3.3, וּמְטַהֵר כֶּסֶף & purgans argentum. Iechez.39.12, לְמַעַן טַהֵר אֶת הָאָרֶץ vt mundet terrã. Et 36.25, אֲטַהֵר אֶתְכֶם mundabo vos Et in hithpahál deficit vtplurimũ ת coniugationis, teſte R.Dauid in Michlól: quod eſt in potẽtia daghés. Num.8.7, Et lauabunt veſtimẽta ſua, וְיִטְהָרוּ & mundi erunt. Eſt præteritú cum ſeghól loco pathách, quia ה dagheſſandum erat, niſi eſſet gutturale, & ט debebat eſſe cũ pathách: & cameſſatú eſt ה, eo quòd eſt in ſoph paſſúc: poſitúmq; eſt ſeghól ſub ט vice pathách ad dirigendam pronũtiationem, ait R.D. in Michlól. Leuit.14.7, Et ſtillare faciet ſuper הַמִּטֶּהָר mũdatum. i. mundãdum. pro הַמִּתְטַהֵר. Et ſic in præterito, Iehoſ.22.17, Aqua לֹא־הִטַּהֲרנוּ non ſumus mundati. pro הִתְטַהַרְנוּ. Toar, Exod.25.10, & operies eã זָהָב טָהוֹר auro mundo. Deuter.14.18, auem טָהוֹר mundã. Leuit.24.6, Super menſam הַטְּהֹרָה mundã. i. ſuper menſam ex auro mundo. R.D.in lib.rad. & R.Selomóh in cõment. Poteſt tamen (ait idem R.Selomóh) & ad mẽſam referri. Iób 17.9, וְטָהֹר־יָדַיִם & mundus manibus. ט & ה legũtur cũ camés chathéph, inquit R.D.in lib.ra. & in Michlól. Prouer.15.26, וְטִהֹרִים & mundi ſermones. Fœmi-

neum, Malachi 1.11, וּמִנְחָה טְהוֹרָה & ſacrificiũ mundum. Deut.14.11, auẽ טְהוֹרָה mundã. Pſal.19.9, Timor Domini טְהוֹרָה mundus. Et 12.7, eloquia Dom. טְהֹרוֹת mũda.

Nomina ſubſtantiua tria ſunt ſine mappíc, & vnum cum mappíc. Leuit.12.4, in ſanguinibus טָהֳרָה mundi tiæ. ה non eſt cum mappíc, nec ſignũ fœmineũ occultum, ſed eſt nomen tantũ: & propter ה, conuerſum eſt camés in ſecũdam literã radicalem, quod debuerat eſſe in prima, ſicut in עָצְמָה חָכְמָה. & ſic eſſe debuerat טָהֳרָה ט cum camés chathéph. R.D.in lib.rad. Et eodẽ verſu, טָהֳרָה munditiæ. Et 5, טָהֳרָה. At verſu 6, eſt cũ mappíc, Et quũ impleti fuerint dies טָהֳרָהּ muditiæ ſuæ. ה eſt ſignũ fœmineũ occultum, quia eius ſingulare eſt טָהֵר, Exod. 24.10, Et ſicut corpus cæli לְטָהַר in mũditia. i. ſerenitate, & puritate. Venit & cũ ת, quãquam nõ ſit in regimine. 1. Parali. 23.28, וְעַל־טָהֳרַת & ſuper munditia. Leuit. 14.2, in die טָהֳרָתוֹ munditiæ ſuæ. Alia ſpecies, præpoſito מ, Pſal.89.44, Ceſſare feciſti מִטָּהֳרוֹ munditiã eius. eſt cum camés chathéph propter decorẽ: Eſt etiam ט cũ daghés, ob decorem, ſicut & in מְקֻדָּשׁ dagheſſatur ק. acſi dicat, ceſſare feciſti ſplendorem regni eius.

טוֹב In cal, Bonũ & pulchrum eſſe, Pulchrum fieri, coniugatur ſecundum formã פָּעוֹל ad hunc modum, טוֹב טְבָת טְבִתִי, &c. pro טָיוֹב טָיְבָת, &c. R.D.in Michlól. Nume.24.5, מַה־טֹּבוּ quám bona (aut pulchra) ſunt tabernacula tua Iahacób. Et in hifhíl, 1. Reg.8.18, הֵטִיבֹתָ bene feciſti. Alia tempora & perſonas quære in יָטַב. Tóar, Pſalm.34.9, videte כִּי־טוֹב יְהוָה quòd bonus Dominus. Significat etiã Decorum, pulchrũ, & Iucundum. 1. Semu.9.2, Et non erat quiſquã de filiis Iſraél טוֹב מִמֶּנּוּ pulchrior illo. R.D. Vnde & Ionathán ver

tit שִׁפֵּר. Eſtér 1.10, כְּטוֹב לֵב־הַמֶּלֶךְ quum iucundum eſſet cor regis. Et in regimine, chólem vertitur in ſúrec, Ieſah.1.19, טוּב הָאָרֶץ bonũ (vel bonitatẽ) terræ comedetis. R. Dauid in lib.ra. diſcrimẽ ponit inter hæc duo, dicẽs טוֹב cum chólem eſſe nomẽ tóar: at cum ſúrec, nomen רֹב, Bonitas, & non mutari in regimine, ſed eodem modo eſſe cum ſúrec tã abſolutum, quàm in regimine: & ſic טוֹב cum chólem non mutari. Ieche.31.16, וְטוֹב־ לְבָנוֹן & bonũ Lebanón. & hoc dicit eſſe rectum. Hoſe. 3.5, Et pauebunt Dominũ: וְאֶל־טוּבוֹ & (ſub. reuertẽtur) ad bonũ eius. vel bonitatẽ eius. Vel, & pauebũt Dominũ, bonitatémq; eius. R.D. in lib.rad. in radice פָּחַד, ſic explicat, Et pauebunt Dominũ, id eſt timebunt ab eo, & confluent ad eũ, & ad bonum (vel bonitatẽ) eius. Et in cõment. Et pauebunt Dominũ quãdo ad illum reuertentur, expectabúntque bonum illius. R. Sahadiáh, Ad bonũ eius. i. ad gloriã eius: vt Exod.33.17, Ego trãſire faciã כָּל־טוּבִי omne bonum meũ. i. gloriã meam. Neche. 9.25, בְּטוּבְךָ הַגָּדוֹל propter bonitatem tuã magnam. Vnũ cum chólem, Michá 7.4, טוֹבָם bonus eorum. Plurale, Deuter.8.12, Et domos טֹבִים bonas (vel pulchras) ædificabis. 1.Semuél 25.15, Et viri טוֹבִים לָנוּ boni nobis valde. Hæc duo ſunt defectiua, ſine ו: cætera ſunt plena, cũ ו. 2.Sem.15.3, Verba tua טוֹבִים וּנְכוֹחִים bona, rectáq;. 1.Reg.8. 66, Læti וְטוֹבֵי לֵב & iucundi corde. Tóar fœmineum, Exod.3.8, אֶל־אֶרֶץ טוֹבָה ad terrã bonam. 2.Semu.11.2, Et mulier טוֹבַת מַרְאֶה pulchra aſpectu. Eſtér 2.2, Virgines טוֹבוֹת מַרְאֶה pulchræ aſpectu.

טוּה In cal, Nere. Exod.35.25, manibus ſuis טָווּ וַיָּבִיאוּ מְטָוֶה neuerũt, & attulerunt netum. Hîc & verbum habes & nomen.

טוּחַ Linere, oblinere, cõplanare, incruſtare. Ieſa.44.18, כִּי־טָח quia óblit' eſt, ne videat, oculus eorũ. eſt cũ pathách: vnũ tamẽ inuenitur cum camés, Leuit.14.42, וְטָח אֶת־הַבַּיִת cõplanabit (incruſtabit) domum. Prius טָח eſt intrãſitiuum. Quanquã & trãſitiuum eſſe poſſit, inquit R. Dauid: & linens, ſiue cõplanans, eſt pſeudopropheta, vel cor, quẽadmodum dictũ eſt Ieſah.44.20, Cor ſeductũ. & Iechez.22.28, Et prophetæ eius טָחוּ לָהֶם liuerunt (cõplanauerunt) eos (aut eis) luto abſque firmitate. Et macór ex nif hál, Leuit.14.48, Poſtquã חָטַח אֶת־הַבַּיִת cõplanata fuerit domus. Nomẽ, טִיחַ, Litura, cõplanatio. Iechez.13.12, vbi eſt הַטִּיחַ אֲשֶׁר טָחְתֶּם Litura quam liuiſtis? Hinc dicuntur & טְחוֹת, Renes: eo quòd ſint complanati, clauſíque adipe. Iiób 38.36, Quis poſuit בַּטְּחוֹת in renibus ſapientiã? Pſal.51.8, Ecce veritatem voluiſti בַּטְּחוֹת in renibus. R. Abrahám, in locis occultis, quæ ſunt intentiones cordis: & antiqui dixerunt eſſe renes opertos adipe: vt Iiób 38.36.

טוּר Ordo. Exod.28.17, הַטּוּר הָאֶחָד ordo vnus. Eodem verſu, quatuor טוּרִים ordines.

טִירָה Require in טִיר.

טוּשׁ Eſt חוּשׁ, Feſtinare, accelerare. Iiób 9.26, Sicut aquila יָטוּשׁ עַל־אֹכֶל feſtinabit (pro feſtinat) ad eſcam. Tharghú, דָּטַיִם quæ feſtinat ad eſcã. R. verò Leui, & R. Abrahám iunior exponunt, יָעוּף volabit.

טָח Quære in טוּחַ.

טְחֹה Vnde nomẽ מִטַּחְוֵה מִטַּחְוֵי, Iactus. Et in regimine, Gen.21.16, כְּמִטַּחְוֵי קָשֶׁת ſicut iactus (plurale) arcus. i. ſagittæ arcus: hoc eſt ſecũdum menſurã curſus

aurei.vel mariſcæ.Et 5,Et facietis ſimilitudines עַפְלֵיכֶם anorum veſtrorum.

טַפַּח Frõtale,vt lamina,quod ligabãt in frõte: quod numero multitudinis doctores Hebræorũ vocant תְּפִלִּין.Exod.13.16,Et erit in ſignum in manu tua, & frõtalia inter oculos tuos. ſic Deut.6.8.Dixit autẽ inter oculos,&c. inquit R.D.id eſt in eminẽtia capitis,in loco in quo cerebrum lactẽtis eſt impreſſum, qui eſt locatus è regione oculorum. & ſic exponitur illud Deuter.14.1,Et non ponetis caluitium inter oculos veſtros.

טִיט Cœnum,lutum, limus. Ieſah.41.25, Et ſicut figulus יִרְמַס־טִיט calcabit lutum.Et 57.20,רָפֶשׁ וְטִיט cœno & luto.Pſal.18.42,כְּטִיט חוּצוֹת ſicut lutum platearum. Et nomen cõpoſitum,Chab.2.6,Et aggrauans ſuper ſe עַבְטִיט denſum lutũ.i.multũ lutum. Vide עָבָה.

טוּל Proiicere,eiicere,Proficiſci,Mouere,Migrare.In hifhíl,Ionáh 1.4,Et Dominus הַטִּיל רוּחַ־גְּדוֹלָה proiecit (proficiſci fecit.i. immiſit) ventum magnum in mare.Irme.16.13,וְהַטִּלְתִּי & proficiſci(vel eiicere faciam) vos è terra hac.1.Semu.18.11,וַיְטֵל שָׁאוּל אֶת־הַחֲנִית & iecit Saúl lanceam. Et in hophál,Prouerb.16.33,In ſinum יוּטַל הַגּוֹרָל proiicietur ſors. Et futurũ in nifhál,ait R.Ionáh,Ieſah.40.15,Ecce inſulæ vt puluis tenuis יִטּוֹל proiicietur.pro proiicientur.At rectũ eſt,inquit R.D. in lib.rad.vt ſit ex radice נָטַל. Hinc eſt & verbum & nomen geminatum ex pihél,Ieſah.22.17,Ecce Dominus מְטַלְטֶלְךָ טַלְטֵלָה גָּבֶר migrare (aut proficiſci) facit te migratione viri. R. Ioſéph ſcripſit גֶּבֶר eſſe nomẽ tóar, acſi dicat גְּדוֹל magna:& ה in טַלְטֵלָה non eſſe ſignũ fœmineum,ſed noſépheth,id eſt additum ac redundans.

dd.i.

ſagittæ.ſic R.D.Sed R.Ionáh participiũ eſſe ſcripſit in pihél,acſi dicat,elongauit ſe ab eo,quemadmodum elongant ſe iacientes ſagittam in iactu ſuo.

טָחַן Molere, contundere. Nume.11.8, וְטָחֲנוּ בָרֵחַיִם & molent molis.pro,molebant.Ieſah.47.2,Tolle molas,וְטַחֲנִי קָמַח & mole farinã.i.frumentũ vt fiat farina. à fine enim facta eſt denominatio:& ſic Ieſah.44.19, Et coxi ſuper prunas eius panẽ,id eſt paſtã quæ coquendo fit panis.Exod.32.21,וַיִּטְחַן & moluit(vel contudit)donec eſſet puluis. acſi dicat,& contudit illũ lima habente ora,& hæc eſt molitura eius.R.D. Iiób 31.10, תִּטְחַן לְאַחֵר molat alteri vxor mea.id eſt ſeruiat aliis,ſit alteri ancilla,cuius erat molere.Vel molat,id eſt alteri ſubiiciatur in actu venereo, vt mola inferior ſuperiori.Ieſah.3.14,Et facies pauperũ תִּטְחָנוּ commoletis. pro cõmolitis.id eſt contunditis,ſiue percutitis,vt ſeſe molæ contundunt. Hinc טְחוֹן,Lima ferrea.Deuter.9.21, Et contudi illũ טְחוֹן lima.deficit enim ב.Vnde & Thargum habet בְּשׁוּפִינָא lima.Vel eſt macór,inquit R.Dauid.i.molendo.Alii,mola.Thren.5.13,Iuuenes טְחוֹן ad molendũ(vel coeundum)tulerunt. Ponitur enim pro לִטְחוֹן.R.D.in lib.rad.R.Abrahám,ad molendũ. Nomẽ,Eccle.12.4,in humilitate הַטְּחִנָה קוֹל ſonitus molæ. R.D.in li.ra.vocis molitionis,nẽpe dentiũ. Et 3,Et ceſſabunt הַטְּחֲנוֹת dẽtes minores.qui videlicet eſcã molũt.

טְחוֹר Infirmitas ani.i.ficus fici,aut mariſca,hæmorrhois morbus,& anus cui talis euenit morbus. Deuter. 28.25, Percutiat te Dominus vlcere AEgypti, וּבָעֳפָלִים & ficis. aut mariſcis . Ita ſcribitur , ſed legitur וּבַטְּחוֹרִים. Et ſic 1.Semu.5.6,Et percuſſit eos בָּעֳפָלִים mariſcis.legitur vt primum. Et 6.4, quinque עָפְלֵי זָהָב aurei.

fit טַל, Ros. Geneſ. 27.39, וּמִטַּל הַשָּׁמָיִם & de rore cæli. cum daghés ob defectū alterius ל. Plurale (quanquā non inueniatur in Scriptura) eſt טַלִּים, vel טְלָלִים, inſtar עֲלִילִים, R. Dauid in lib. rad.

טְלָא Vnde טָלוּא, Pūctatum, aut reſperſum maculis grādioribus, latioribúſq; : ſicut נָקוֹד, Reſperſum maculis minoribus, inquit R. D. in lib. rad. Gen. 30.32, Remoue inde omne pecus, &c. וְטָלוּא & reſperſū maculis maioribus. Et 34, וְחִטְלָאִים & (hœdos) maculis latis reſperſos, &c. וְחִטְלָאוֹת & maculis latis reſperſas (capras.) Ieſperſa. i. èpannis colorum multorū, hoc eſt multicoloria. ſunt participia paſſiua ex cal: vel ſunt toarím. Et in pihél, Iehoſ. 9.5, Et calceaměta vetera, וּמְטֻלָּאוֹת & reſarcita, quæ videlicet erant è corio nouo, veteriq; conſuta. Et rectum eſt vt ſint ex hac radice, illud 1. Sem. 7.9, Et tulit Semuél טְלֵה חָלָב אֶחָד agnū lactis vnū. quod eſt in regimine. Et abſolutū, Ieſah. 65.25, Lupus, וְטָלֶה & agnus. quanquā ſint ſcripta cum ה. Nā in plurali ſunt cum א, Ieſah. 40.11, congregabit טְלָאִים agnos. licet ſecundum normā deſinētium in א, ל debuerit eſſe cum ſerí, טְלָאִים, ſicut צֶמֶא צְמָאִים, & טְמֵא טְמֵאִים. Sed venit cum camés, ſicut נְכֵה נְכֵאִים, vt in radice נָכֶה. Et ſi dixeris radicem eſſe טָלֶה cum ה, & in טְלָאִים poni א vice ה, ſicut תְּלוּאִים, Hoſe. 11.7: hoc eſt abſurdū, tum quia radix iſta cum א inuenitur in dictionibus multis, quod non vſu venit cum ה: tum quia טְלָאִים non eſt plurale ſecúdum normā deſinentiū in ה, quia debuiſſet ſcribi טָלִים, ſicut קְנֵה קָנִים. Eſt & nomen loci. 1. Semu. 15.4, Et recenſuit eos בְּטְלָאִים in Thelaim. vel in agnis: quia videlicet dum recenſerentur, afferebant vnuſquiſque agnū. Et hoc di

R. verò D. in lib. rad. & in comment. vocādi caſus eſſe arbitratur, vt ſit, ô vir. Vocauit autē virū, eo quòd elatabatur, & ſe roborabat, vtpote qui excidebat in excelſo ſepulchrum ſuum. Et ſecundum primā interpretationem, טַלְטֵלָה eſt in regimine: ſicut & illud Pſal. 45.5, וַעֲנָוָה־צֶדֶק, pro וַעֲנָוַת. & Michāh 1.10, עָרִיָּה בָּשֶׁת, & idgenus plæraq;, annotata libro 2. Hebra. inſtit. cap. 14. Et ſecūdum doctores Hebræos, dixit migratione viri, & non mulieris, eo quòd mulier magis inuenit miſericordiam quàm vir, ob illius fragilitatem.

טִיר Vnde טִירָה, AEdes, palatium: ſic appellatū, quòd ſit ædificatū lapidibus læuigatis & æqualiter ordinatis, à טִירָה quod ſignificat ordinē, ſicut & חָטוּר. טוּר autē in verbis doctorū Hebræorū vocatur גֹּדֶר. Pſa. 69.26, תְּחִי־טִירָתָם נְשַׁמָּה ſit palatium eorū deſolatū. Nume. 31.10, Et כָּל־טִירֹתָם omnia palatia eorum combuſſerunt igni. Tharghum, & omnem בֵּית סְגַרְתְּהוֹן domum orationis eorum. Significat etiā, inquit R. D. בּוֹתֶל, Parietem. Cant. 8.9, Si murus eſt, ædificemus ſuper eā טִירַת כֶּסֶף parietem argenti. R. verò Ionáh exponit, palatium argenteum, ſecundum priorem ſignificātiam, ponens diſcrimen inter טוּר & טִיר tam in ſignificātia, quàm in radice. at contra R. D. eiuſdem putat eſſe & ſignificationis & radicis vtrunque.

טָלַל Tegere, operire, obūbrare. In pihél, Nechem. 3.15, Ipſe ædificabit eā, וִיטַלְלֵנוּ tegétque eā. acſi dicat, Ponet ſuper eā contignationē. Et Syriace, Dani. 4.9, Subter ſe תַּטְלֵל obūbrabat beſtias agri. Et 1. Reg. 6.9, pro וַיְכַס & texit eā: Tharghum habet וְטַלֵּל. Et Pſal. 5.12, pro וְתָסֶךְ & teges: Tharghum habet וְתַטֵּל. Et Gen. 19.8, pro בְּצֵל in vmbra: Tharghum habet בְּטַלֵּל. Hinc etiā

cit esse rectum R.Dauid in lib.rad.quia erat pésach.i. pascha. Vnde & Ionathán in Tharghum habet, בְּאִיסְרֵי פִסְחָא in agnis pischa.i.paschæ.

טָמֵא Immundum esse, & pollutũ.in cal טְמָא instar יְרֵא. Nume.6.12, כִּי טָמֵא נְזִרוֹ quia pollutus est nazareatus eius. Leuit.15.5, וְטָמֵא & immúdus erit. Iechez. 23.17, וַתִּטְמָא־בָם & polluit se cum eis. Et in pihél, Gen. 34.4, טִמֵּא אֶת דִּינָה polluit Dinam. Et in nifhál, Hose. 5.3, נִטְמָא contaminatus est (aut cõtaminauit se) Israél. Ex hac radice (vt dicũt nonnulli) est illud Leuit.11.42, וְנִטְמֵתֶם & contaminabimini. tametsi careat א. Sed secundum R.Dauid, radix est טָמָה. Et in hithpahál, Iechez.14.11, וְלֹא־יִטְמְאוּ עוֹד & non polluãtur (aut polluãt se) vltrà in omnibus, &c. Leuit.21.1, לֹא־יִטְמָא nõ polluet se. secundum normã debuerat esse יִתְטַמָּא, vt ait R.Dauid in Michlól, & in lib.rad. Et verbũ compositum ex puhál & hithpahál, Deuter.24.4, Postquam הִטָּמֵאָה polluta fuerit. pro, הִתְטַמֵּאָה, cum ת coniugationis hithpahál. & est prioris significationis. Quũ enim fuerit eius vxor alteri maritata, quanquã repulsa, immũda erit apud eũ. R.Iosèph exponit, prohibita fuerit ei, ne possit illã accipere, vxorẽ alterius existentẽ. Et hæc est doctorum Hebræorum expositio, qui à maioribus recepe runt, quòd desponsata alteri, quãuis non sit ei copulata, prohibita est viro priori: quia scriptũ est, Et fuerit viro alteri, quũ fuerit in illa generatio. Et si fornicata fuerat, licitum erat vt ad priorẽ rediret, quũ non erat in illa generatio. Et ita exponitur, Postquã fuit prohibita. Require in טָמֵאָה. Tóar, טָמֵא, Pollutus, contaminatus, immũdus. Leuit.5.2, Qui tetigerit omnem דָּבָר rem immundã. Iesah.6.5, טְמֵא שְׂפָתַיִם immũdus la-

biis. Leuit.11.35, וְטַמֵּאִים יִהְיוּ לָכֶם & immũda erunt vobis. Fœmineũ, Leuit.11.6, טְמֵאָה immunda est vobis. Iechez. 22.5, טְמֵאַת הַשֵּׁם immũda nomine. Substantiuũ, טָמֵאָה, Immunditia, Nume.5.19. Iudicũ 13.7, Et ne comedas כָּל־טְמֵאָה omnẽ immunditiã. quod R.Iosèph exponit, prohibitionẽ.i.rem prohibitã Nazaræo. Et sic dixerũt magistri Hebræorum, præcipue R.Ischác, & R.Immí, Quid est, Et ne comedas immunditiã? Id est prohibita Nazaræo. Et quia immũdum, est prohibitum, dixit de re prohibita, omnẽ immunditiã. Leuit.5.3, Quum tetigerit בְּטָמְאַת אָדָם immunditiã hominis. Et 16.16, מִטֻּמְאוֹת ab immunditiis filiorum Israél.

טָמַה Obthurare, & claudere cor ne intelligat. Leui, 11.42, Et ne polluatis vos in eis, וְנִטְמֵתֶם בָּם nec obthuretis cor in illis. vel propter illa. Comestio enim reptiliũ claudit cor, & intelligẽtiam illi prohibet, inquit R.D. Sunt tamen nõnulli qui verbú deducunt à טָמֵא prædicto, & sic deficit א radicalis litera. acsi dicat, neque polluatis vos in illis. Prius probat R.D. in lib. rad. Tharghum, Neque polluatis vos in illis. Iob 18.3, Cur, &c. נִטְמֵינוּ בְּעֵינֵיכֶם clausi sumus corde (.i. obtusi) in oculis vestris? R.Leui in cõment. fuimus immũdi. R. Mosèh, clausi sumus.i.cur reputamur in oculis vestris, acsi cor nostrũ clausum esset terra, ne intelligat? R.Abrahám iunior, Sumus vt immundi in oculis vestris, vel clausi sumus.i.clausa sunt argumẽta nostra, & abscondita sunt in oculis vestris, pro, in oculis tuis. vel, in oculis vestris, ô audientes. Tharghum, טְמֵעֲנָנָא obthurati (clausi) sumus in conspectu vestro. Doctores Hebræorum geminant verbũ, טִמְטֵם, Clausit, obthurauit. vnde est illud apud eos, מְטַמְטֵם אֶת־הַלֵּב obthurans cor.

Illud etiã Iesah.6.5,Quia vir טְמֵא־שְׂפָתַיִם immundus labiis sum: exponunt nonnulli(inquit R.Dauid) clausus labiis sum,vt loqui nequeam.

טָמַן Abscondere,occultare. Irme.43.9,וּטְמַנְתָּם & abscondes eos. Et 10,Quos טָמַנְתִּי abscondi. Psal.9.16,טָמָנוּ abscónderunt.מ est cum camés,propter accentum reuiáh, qui coniunctus est fini versus, teste R.D. in Michlól. Et in hifhíl, 2.Reg.7.8,וַיִּטְמְנוּ & absconderunt. Et in nifhál, Iesah.2.10,וְהִטָּמֵן & absconde te in puluere. Tóar, Locus in quo quispiam se abscondit. Iób 40.8, facies eorum alliga בַּטְמוֹן in occulto.

Nomen,מַטְמוֹן,Thesaurus. Genes.43.22, dedit vobis מַטְמוֹן thesaurum.sic videlicet appellatũ,quòd absconditur.Irme.41.8,Sunt nobis מַטְמֹנִים thesauri.Iesah.45.3,וּמַטְמֻנֵי & thesauros absconsionum. i.absconditos. est cum súrec,siue Kibbús sephathaim.

טַבָּא Cum sex punctis,Canistrũ. Deut.26.4,Et accipiet sacerdos הַטֶּנֶא מִיָּדֶךָ canistrũ de manu tua.

טָבַף Fœdare,inquinare.In pihél.Cant.5.4,Laui pedes meos,quomodo אֲטַנְּפֵם inquinabo illos? Alibi in Sacris literis non inuenitur : sed eius vsus frequens est apud Hebræorum magistros.

טָעָה Cum ט,est idem quod תָּעָה cum ת. ט enim & ת sunt eiusdẽ exitus,inquit R.D. Sed hoc nõ inuenitur in cal in Arcanis literis: sed in Misnáh, & aliis Hebræorum libris. Semel dũtaxat inuenitur in hifhíl, Ieche.13.10,Pro eo quòd הִטְעוּ אֶת־עַמִּי errare fecerunt populum meum.Tharghum plærũque vtitur hoc verbo.

טָעַם Gustare. In cal,1.Semuél 14.29,טָעַמְתִּי מְעַט דְּבַשׁ gustaui paululum mellis. Prouerb.31.18,טָעֲמָה gustauit quòd bona est negotiatio eius. Iób 12.11, Et

palato cibus יִטְעַם־לוֹ gustabit(aut sapiet)ei. Nomen, טַעַם, Sapor, Gustus. Nume.11.8, Et erat טַעְמוֹ כְּטַעַם לְשַׁד הַשָּׁמֶן sapor eius sicut sapor recentis olei. Significat & consilium,& ostensionẽ,aut probationẽ ad oculũ cordis,Et dispositionẽ rei,rationem,argumẽtum,Edictũ, decretum,Et in grãmatica,accentum. Iób 12.20,וְטַעַם זְקֵנִים & consiliũ senum accipiet.R.Moséh,Et probationem(ostẽsionem)senum tollet.sub.ab eis.Psal.119.66, Bonitatẽ טַעַם וְדַעַת sermonis,& scientiã doce.Vel,bonú sermonẽ,&c.Aut,bonitatẽ,cõsiliũ,pro,& consiliũ.Vel, bonitatẽ,demõstrationẽ. aut rationẽ.R.Himmanuél, Bonitatẽ, consiliũ,&c.Proue.11.22,deficiẽs טַעַם cõsilio. Et 26.16,respondentibus טַעַם cõsilium.Ionáh 3.7,בְּטַעַם הַמֶּלֶךְ ex edicto(aut decreto)regis.1.Sem.21.13,Et mutauit ipse אֶת־טַעְמוֹ sermonẽ suũ.vel, cõsiliũ suũ.aut dispositionem suã.Alii,rationẽ suam. Aliud,טַעַם,Cibus, Gene.27.4,Et fac mihi מַטְעַמִּים cibos. Plurale forma fœminea,Prouerb.23.3,Ne concupiscas לְמַטְעַמּוֹתָיו de cibis illius. Est autẽ notandum secũdum R.D.in lib. rad.quòd טַעַם est gustare ore vel lingua,non comedere,& traiicere in guttur nisi paululum. R.verò Ionáh dicit hoc verbũ significare interdum gustare,nonnun quam edere. Sed non est opus hac distinctione,inquit R.Dauid. Vnde & מַטְעַמִּים significat cibos palato sapidos,delectabiléque.

טָעַן Est עָמַס,Onerauit:& דָּקַר,Trãsfixit,pupugit. Genes.45.17, טַעֲנוּ אֶת־בְּעִירְכֶם onerate iumẽtum vestrum.Et in hac significatione & Tharghũ,& magistri Hebræorũ vtuntur frequẽter hoc verbo. Potest etiam exponi,Pũgite iumẽta vestra,nempe stimulo,vt velocius eatis.idem significat apud Harabas: & hoc modo exponit R.Ioséph. Iesah.14.19,Vt vestimentum occi-

forum מְטַעֲנֵי חֶרֶב qui confossi sunt(aut trāffixi,siue qui confodiuntur)gladio.

טַפָּה Vnde טַף quod est קָטֹן,Paruus,paruulus. Ieche. 9.6, וְטַף & paruulus (pro paruuli) & mulieres. Iehos.1.14,טַפְכֶּם paruulus vester. Ab hoc verbum in cal.Iesah.3.16,וְטִפּוֹף & plaudendo.more scilicet paruulorum plaudendo, saltandóq; ibant festinātēr per vias ac plateas,nullum habentes pudorē. Vel טִפּוֹף ponitur vice תִּפּוֹף cum ת,quod est eiusdē exitus,id est tympanizando . Significat etiam apud Hebræorum magistros Passibus æqualibus incedere:acsi dicat,superbe incedēdo,passibus æqualibus,quum tripudiant.

טֶפַח Mēsura quatuor digitorū inter sese iunctorū. Exod.25.24, Et facies ei clausurā טֶפַח quatuor digitorum. Alia forma cum seghól, 1.Reg.7.26, Et crassitudo eius טֹפַח quatuor digitorū . Plurale in Scriptura,forma fœminea,Psalm.39.6,Ecce טְפָחוֹת נָתַתָּה יָמָי paruos(breuésque vt mēsura quatuor digitorū,quæ est minima)dedisti dies meos.acsi dicat,viuat homo quāuis tēpore,dies eius breues sunt corā te. Nam mille anni in oculis tuis sunt vt dies hesterna quæ præteriit. R.Dauid,breues vt mensura quatuor digitorū.1.Reg. 7.9,Et à fundamēto עַד־הַטְּפָחוֹת vsque ad mensurā quatuor digitorū.i. à fundamento vsque ad parietē superiorem,qui erat ædificatus secūdum mensurā quatuor digitorum. Ab hoc verbū in pihél,Iesa.48.13,Et dextera mea טִפְּחָה שָׁמַיִם mēsa est cælos. Dicit tamen R.D. in lib.rad.in aliquibus libris correctis esse cum camés chathéph.Et in cōment.exponit,mēsa est palmo suo, vel quatuor digitis suis,iuxta illud Iesah.40.12,Et cælos palmo mensus est.Tharghum,Et fortitudine mea appendi

appēdi(aut suspēdi)cælos. Significat etiā Magnificare,aut Educare,& nutrire.Thren.2.22,אֲשֶׁר־טִפַּחְתִּי וְרִבִּיתִי quos educaui,& multiplicaui, inimicus meus cōsumpsit. Et dixit טִפַּחְתִּי, eo quòd infantē, dū educatur,metiūtur, dirigúntq; illius mēbra,dum fasciis illū inuoluuunt. Nomen,טִפָּח,Educatio. Thre.2.20,Num comedent,&c.paruulos טִפֻּחִים educationū:i.quos educant, metiuntúrq; modo prædicto. acsi dicat, qui educātur.

Aliud,מִטְפַּחַת,quod est צָעִיף, Linteū, velum,quo mulieres faciē operiunt. Ruth 3.15, Affer הַמִּטְפַּחַת אֲשֶׁר־עָלֶיךָ linteum quod est super te.Iesa.3.22,וְהַמִּטְפָּחוֹת & linteamina.Sunt tamen(inquit R.D.)qui exponunt,chirothecas:& sic deducitur à prima significatione.

טָפַל Cōiungere,adhærere. Pfal.119.69, טָפְלוּ עָלַי שֶׁקֶר זֵדִים coniunxerunt(aut cōposuerunt) super me superbi mēdaciū.i.illud quod non feci.Sic R.D.& R. Abrahā. At R. Himmanuél exponit acsi dicat, Locuti sunt aduersum me mēdacium superbi. Tharghū,חִבְּרוּ coniunxerunt,aut composuerunt,&c. Iiób 14.17,וַתִּטְפֹּל & cōiunxisti super iniquitatē meam.i.adiunxisti super paruā iniquitatem meā iniquitates alias: aut iniquitates quas feci dum non erat fas vt retribueres, vt dixit cap.13.26, Et depauperabis me propter iniquitates pueritiæ meæ.sic exponit R.D.in lib.rad. At R. Leui hoc pactō,Et adiunxisti.i.addidisti iniquitatē super iniquitate.i.pœnam super pœnā, aut punitionē super punitionē.Tharghum,תְּחַבַּר,coniunges. R.Abraham iunior,addes,vt R.Leui.Et 13.4, Vos estis טָפְלֵי־שֶׁקֶר compositores mendacii.Vel,addentes mendacium.

טַפַּשׁ Semel duntaxat inuenitur in Sacris literis,idque in cal. Pfal.119.70,טָפַשׁ כַּחֵלֶב לִבָּם incrassatee.i.

tum eſt velut adeps cor eorũ. Et ſic Tharghũ, Ieſah. 6. 10, pro הַשְׁמֵן impingua, habet טְפֵישׁ. Is etiã qui eſt abſque ſcientia, hoc eſt inſipiens, vocatur טַפֵּשׁ, aut טְפֵישׁ.

טָרַד Continuare, perſeuerare. Prouerb. 19. 13, Et (tan quam) ſtillatio דַּרֹּד continuãs, (perſeuerãs,) cõtentiones mulieris. eſt defectiuũ. i. ſine ו: ſed cap. 27. 15, eſt cum ו, Stillatio טוֹרֵד perſeuerans. Magiſtri quoque Hebræorũ, eum qui ſe iugiter occupat in aliquo opere, vocãt טָרִיד. Vnde dicunt, Herus, dominus domus טָרִיד occupatus in operibus ſuis eſt.

טָרָה Vireſcere, Recẽtem eſſe. Iudi. 15. 14, Et inuenit maxillã aſini טָרִיָּה recentem. aut viridẽ, quæ videlicet putreſcere incipiebat. Ieſah. 1. 6, Et plaga טְרִיָּה recẽs. vel viridis. Aut, virulenta, ſiue humida, quod eſt ſignum plagæ inſanabilis. Et ita exponunt R. Abraham, & R. Dauid in comment.

טָרַח Aggrauare, fatigare. Semel duntaxat in Sacris literis legitur, idque in hifhil. Iiób 37. 11, Etiã propter irrigationem (ſub. terræ) וְטָרִיחַ עָב fatigabit (aggrauabit, nempe Deus) nubem. acſi dicat, Vt irriget Deus mundũ, fatigabit, aggrauabítque nubẽ multitudine pluuiæ. R. Moſéh, In ſerenitate fatigabit Deus nubes. Nomen, Ieſah. 1. 14, Fuerunt mihi לְטָרְחָה ad fatigationem. aut laborem. Deute. 1. 12, Quomodo feram ſolus ego טָרְחֲכֶם laborem veſtrum?

טֶרֶם Cum ſex pũctis, Antequã, priuſquã. 1. Sem. 3. 3, Et lucerna Dei טֶרֶם יִכְבֶּה antequã extinguerétur &c. וַיִּקְרָא vocauit &c. i. antequã lucerna Dei, quæ erat accẽſa in tẽplo Domini, eſſet extincta, & quũ adhuc Semuél dormiret in ſanctuario, vocauit eum Deus. 1 enim in וַיִּקְרָא redũdat, ait R. D. ſicut & Gene. 22. 4, Die

tertia וַיִּשָּׂא leuauit. & ſic 1. Sem. 3. 7, וְטֶרֶם & antequã reuelaretur ſibi verbum Domini, וְיֹסֶף addidit, &c. Exod. 9. 30, Et tu, & ſerui tui noui quòd טֶרֶם antequã timeretis à facie Domini Dei. pro, noui quòd tu & ſerui tui antequã orarẽ pro vobis, timebatis à facie Domini Dei. at vt oraui, ceſſarúntq; tonitrua, ac pluuia, denuo peccaſtis. R. D. in lib. rad. Et 10. 7, הֲטֶרֶם nónne antequam ſcires, periit AEgyptus? i. antequam dimitteres eos, voluiſti ſcire quòd periit AEgyptus? R. D. in lib. rad. Vel, Num adhuc ignoras quòd periit AEgyptus?

טָרַף Rapere. Hoſe. 6. 2, Quia ipſe טָרַף rapuit, & curabit nos. ר eſt cũ camés, ait R. D. in li. ra. Gen. 37. 33, טֹרַף טֹרָף rapiẽdo raptus eſt. Et in nifhál, Irme. 5. 6, Qui egreſſus fuerit ex eis, יִטָּרֵף rapietur. Et in puhál, טֹרָף, raptus eſt, vt ſuprà Gene. 37. 33. Et in hifhíl. Prou. 30. 8, הַטְרִיפֵנִי לֶחֶם חֻקִּי ale me cibo congruẽtiæ meæ. i. qui conuenit mihi. Tóar cũ duplici camés, טָרָף, Raptus, Gene. 8. 10, עֲלֵה־זַיִת טָרָף foliũ oleæ raptũ in ore eius. Et tóar, ſiue adiectiuũ folii, inquit R. D. in lib. rad. acſi dicat, folium oleæ erat טָרוּף raptũ in ore colũbæ. Vnde & Onchelos in Tharghum habet תְּבִיר fractum. Fœmineum, Exod. 22. 12, הַטְּרֵפָה raptum. Nomen, טֶרֶף, Rapina, præda, Cibus. Pſal. 111. 5, טֶרֶף נָתַן eſcã dedit timentibus ipſum. Et 104. 21, Catuli leonum rugientes לְטַרְפָּם ad rapinã. aut prædam. Significat & frõdem, ſiue folium. Iechez. 17. 9, כָּל־טַרְפֵי omnes frõdes (aut folia) germinis eius ſiccabit. Tharghum pro עָלֶה folium, habet טָרָף: vt Geneſ. 3. 7, Et ſuerunt עָלֶה folium (pro folia) ficus. Tharghum, טַרְפֵי folia. Et 8. 10, Et ecce עֲלֵה־זַיִת folium oleæ. Tharghum, טָרָף־זֵיתָא.

Universidad de Deusto Biblioteca

viro.sic Tharghum, וּצְבִי, & R.Selomóh.Sed in Midrás exponitur,& iurauit.1.Sem.17.38, וַיֹּאֶל לָלֶכֶת & cœpit ire. Vel secundũ R.Dauid, voluit ire: nẽpe vt periculũ face ret, eo quòd in diebus suis cũ illis ire non tentauerat. & videns sibi fore oneri, à se remouit illa. Et Iiób 6.9, וְיוֹאֵל & incipiat(vel velit) Deus, & conterat me. Tharghum, וּשְׁרֵי & incipiat.R.Abrahám iunior, Et velit.Et in alia significatione, 1.Semu.14.24, וַיֶּאָל שָׁאוּל אֶת־הָעָם & adiurauit Saúl populum. Et in nifhál, est Stultũ fieri, aut esse, siue insanire. Iesah.19.13, נֹאֲלוּ stulti facti sunt principes Sóhan.

יְאוֹר Vnde יְאוֹר, Amnis, fluuius, riuus. Iesa.19.7, iuxta riuũ. vel flumẽ. Et præposito ה notificatiuo, י est sine daghés. Gen.41.1, עַל־הַיְאוֹר iuxta flumẽ. aut riuũ. Et sic חִדֶּקֶל Gen.2.14, tertius paradisi fluuius, id est Tigris, vocatur hoc nomine. Dan.12.5, Ad ripã הַיְאוֹר fluminis. Exo.8.1, Super flumina. עַל־הַיְאֹרִים

יְאַשׁ Desperare. Eccles.2.20, Et verti me לְיַאֵשׁ אֶת־לִבִּי vt desperare facerẽ cor meum super omnẽ laborem. est ex pihél: & nisi א esset gutturale, daghessaretur, inquit R.Abrahám in cóment. R.Dauid in lib. rad. exponit, Et verti me ad increpandum illud, & vt transferrẽ ab iis rebus, ne recordaretur illarum. Et in nifhál, Irme.2.25, נוֹאָשׁ desperatum est. acsi dicat, inquit R.Dauid in cõmen. desperatũ est cor meũ vt eat post Dominũ, Non ibo post illum. Et 18.12, Dicéntq; נוֹאָשׁ desperatũ est. sub. cor nostrũ, &c. vt paulo suprá. Iesah. 57.10, Non dixisti, נוֹאָשׁ desperatum est. acsi dicat, Non dixisti, Desperatum est cor meũ, vt non eat post deos alienos: sed cõfortata es in eis, & illorum recordata es. Iiób 6.26, Et in vẽtũ verba (mei) נוֹאָשׁ desperati. Omnia

QVADRATA NOMINA.

פָּרַץ Diſpergere, Conterere, confringere cum diſperſione. 1.Semu.14.34, Et dixit Saúl, פְּצוּ בָעָם diſpergimini (aut diſpergite vos) in populum. Gene.11.4. ne forte נָפוּץ diſpergamur ſuper faciem vniuerſæ terræ. Proue.5.16, יָפוּצוּ diſpergantur fontes tui foras. Iechez. 34.5, וַתְּפוּצֶינָה & diſperſæ ſunt abſque paſtore. Et in niphál, Gene.10.18, נִפְּצוּ diſperſæ ſunt. Irme.10.21, & omnis grex eorũ נְפוּצָה diſperſus eſt. Et in hiphhíl, Deu. 4.27, וְהֵפִיץ יְהוָה אֶתְכֶם & diſperget vos Dominus. Et 28. 64, וְהֵפִיצְךָ & diſpergere faciet te. Iób 18.11, וְהֵפִצֻהוּ לְרַגְלָיו & diſpergent eũ pedibus ſuis. ſub. fugientem huc & il-

luc. R. Moſeh hoc modo exponit, Ponent eum diſperſum, & contritũ in loco in quo eius pedes ſtant. Verbũ enim ſignificat diſpergere rem contritam in diuerſas partes. Et R. Abrahám Peruſól, Diſpergent illum, & elongabunt illũ à domo ſua, vt eat huc & illuc pedibus ſuis, vt cibum (ſi poſſit) inueniat. R. Leuí, Et diſpergent illum è loco ſuo, vt huc atque illuc fugiat pedibus ſuis. Nachum 2.1, Aſcendit מְפִיץ qui diſpergit. aut conterit diſpergendo. Prouer.25.18, מָפֵיץ conterens (.i. malleus) & gladius &c. Eſt participiũ, ait R.D. vel eſt nomen. i. malleus quo petræ conteruntur. Vel ſecundũ R. Leuí, inſtrumentum quod perdit & conterit, aut diſpergit. vt malleus ſiue maſſa inſtrumentũ bellicum: ſic forſan appellatũ quòd diſpergantur homines à facie eius. Ieche.20.23, לְהָפִיץ אֹתָם vt diſpergam eos. Iób 40.6, הָפֵץ עֶבְרוֹת אַפֶּךָ diſperge iras furoris tui. Et 37.11, יָפִיץ עֲנַן אוֹרוֹ ſpargere faciet (diſperget) nubem pluuiæ ſuæ. עֲנַן enim eſt in regimine genitiui. ita R.D. in cõment. Et 38.24, יָפֵץ קָדִים עַל־אֶרֶץ ſparget Subſolanum ſuper terrã. Exod. 5.12, וַיָּפֶץ הָעָם & diſpergere fecit populũ in omnem terram AEgypti. Eſt enim tranſitiuum. Poteſt eſſe & intranſitiuum, pro Et diſperſus eſt populus. & ſic habet Tharghũ, וְאִתְבַּדַּר & diſperſus eſt. Et verbũ quadratũ, aut Pohél, Irm.23.29, Et ſicut malleus פּוֹצֵץ סָלַע cõterens petram. diſpergendo ſcilicet particulas eius huc & illuc. Et in hithpahál, Chab.3.6, וַיִּתְפֹּצְצוּ, Et cõtriti ſunt montes ſeculi. Et verbum geminatũ in pohél, Iób 16.12, Et apprehendit ceruicem meã, וַיְפַצְפְּצֵנִי & cõtriuit me. Nomẽ, מַפִּיץ, Malleus, vt in participio. תְּקוּמָה, inſtar תְּפוּצָה, Diſperſio, præpoſito ת. Plura. תְּפוּצוֹת. Et cũ chólẽ, Irm.25.34, תְּפוּצוֹתֵיכֶם & diſperſiones veſtræ

פור Irritare, ſeu irritum facere, Frangere, confringere, conterere. Ex cal habes macór in hithpahál. Et in hifhíl eſt eius frequens vſus. Geneſ. 17. 14, אֶת בְּרִיתִי הֵפַר pactum meũ irritum fecit. Iechez. 17. 15, וְהֵפַרְתָּה לִי הֵפֵר אֶת בְּרִיתוֹ irritauit pactũ eius. 2. Semu. 15. 33, וְתָפֵר לִי אֶת עֲצַת אֲחִיתֹפֶל & irritabis mihi conſiliũ Achithophel. Ieſah. 44. 25, מֵפֵר אֹתוֹת בַּדִּים irritat ſigna mendacium. Num. 30. 13, & ſi הֲפֵר יָפֵר אֹתָם irritando irritauerit illa vir ſuus. 1. Reg. 15. 19, הַפֵּרָה אֶת בְּרִיתְךָ irrita pactum tuũ. Iudic. 2. 1, non אַפֵּר בְּרִיתִי irritabo pactũ meum. Et in hofhál, Irme. 33. 21, Etiã pactum meũ תֻּפַר irritabitur cum Dauid. Zechar. 11. 11, וַתֻּפַר & irritatũ eſt in die illa. Et in pohél, Pſa. 74. 13, Tu פּוֹרַרְתָּ בְעֻזְּךָ יָם fregiſti (diuiſiſti) in fortitudine tua mare. Et in hithpahal, Ieſah. 24. 19, פּוֹר הִתְפּוֹרְרָה אֶרֶץ confringendo cõfringetur terra. Et geminatum, Iiob 16. 12, Pacificus (quietus, fœlix) fui, וַיְפַרְפְּרֵנִי & cõfregit me. Sunt autẽ qui exponunt ex hoc illud Ieſah. 2. 20, לַחְפֹּר פְּרֻוֹת fodienti foueas. Vide expoſitionem in חָפַר. Hinc פּוּרָה, Torcular: quòd calcant, & confringunt vuas in medio eius. Ieſah. 63. 3, פּוּרָה דָרַכְתִּי tor cular calcaui ſolus. Hinc & פּוּר, Sors. quod exponitur Eſter 3. 7, proiecit פּוּר הוּא הַגּוֹרָל pur, hoc eſt ſortem. Et 9. 26, Idcirco vocauerunt dies iſtos פּוּרִים ſortes, propter nomen הַפּוּר ſortis.

פוש Multiplicare. Chabac. 1. 8, וּפָשׁוּ פָּרָשָׁיו & multiplicabũtur equites eius. Malachi 4. 2, וּפִשְׁתֶּם & multiplicabimini. Irme. 50. 11, תָּפוּשׁוּ multiplicabimini. Et in nifhál, Nachum 3. 18, נָפְשׁוּ multiplicati ſunt (vel diſperſi ſunt, vt Tharghum) populus tuus ſuper mõtes.

Nomen, פֻּשׁ, Multitudo. Iiob 35. 15, Et non cognouit בְּפֻשׁ in multitudine valde. Vel, multũ valde. aut, non

ſub. completæ ſunt. R. D. in comment. Hæc dictio (inquit) venit præter morem, quia פ eſt cũ chólem, & ת ſecundum cũ chiríc: & ſecundum normã פ debuerat eſſe cum ſúrec, & ת cũ ſéri, quia eſt à תְּפוּצָה inſtar תְּבוּנָה & תְּבוּנוֹת. plurale תְּפוּצוֹת ſicut תְּבוּנוֹתֵיכֶם & תְּשׁוּבוֹתֵיכֶם. Et dicimus quòd תְּפוּצוֹתֵיכֶם ſicut תְּפוּצוֹת venit פ cũ chólem propter ſimilitudinẽ pũctorũ, ſicut שִׁרְיוֹתֵךְ. Et venit ת cum chiríc, ſicut & Irme. 15. 11, תְּחוּנָתֵךְ.

פוק Impĩgere, offẽdere, Ruere, cadere, Educere, producere. Ieſah. 28. 7, פָּקוּ פְלִילִיָּה impegerunt (offenderunt) in iudicio. Deficit enim ב in פְלִילִיָּה. Vnde R. D. in lib. rad. & cõment. exponit כָּשְׁלוּ בַּמִּשְׁפָּט offenderunt in iudicio, & non iudicauerunt iudicium veritatis ſacerdos, & propheta, quibus incumbebat vt docerent legem, vt iudicarẽt iudiciũ veritatis. R. Abrahám, פָּקוּ (inquit) eſt verbũ tranſitiuũ: vel deficit dictio דִּבְרֵי, vt ſit, in verbis iudicii. Et hoc eſt rectum: & eſt verbũ intranſitiuum. Et in hifhíl, Irme. 10. 4, Et malleis roborauerunt eos, וְלֹא יַפִּיק & non cadet. i. non egredietur à ſua diſpoſitione, neque cadet. vel, & non egredietur è loco ſuo. vtroque modo exponit R. D. in comment. Et eſt intranſitiuũ. Prouer. 3. 12, & homo qui יַפִּיק תְּבוּנָה eduxerit (protulerit, ſub. in lucem) intelligentiã. Prouerb. 8. 35, qui enim inuenit me, inuênit vitam, וַיָּפֶק רָצוֹן מֵיְהוָה & eduxit beneuolentiã à Domino. Vel voluntatem. i. quod voluit. Pſal. 140. 9, cogitauit ipſe אַל תָּפֵק ne educat. nempe ad opus, illud quod cogitauit. i. ne perficiat.

Nomen, פִּיק, Offendiculum. Nachũ 2. 10, וּפֶקַּ & offendiculum genuum. ita R. D. in lib. rad. & comment. Nam genua timentium valde, ſe inuicem offendunt, ita vt homo ferè ruat.

cognouit multitudinẽ(ſcilicet peccatorũ ſuorum) val
de:eſt ex hac radice, licet ſit cum pathách. Sunt enim
plæraque cũ pathách in nominibus quorũ ſecunda li-
tera radicalis quieſcit. Et eſt ſenſus,Nõ cognouit Iiób
multum valde vias Domini,atque iudicia eius:idcirco
iraſcitur,& multiplicat verba. Fluuius quoque פִּישׁוֹן
qui habetur Geneſis 2.11, poteſt deduci ab hac radice,
quòd aquæ eius ſint multæ, aut quia multiplicãtur, &
creſcunt præ aliis fluminibus.

פּוֹת Cardo oſtii. Plurale,1.Reg.7.50,וְהַפּוֹתוֹת & cardi-
nes oſtiis.Significat etiã turpitudinem.Ieſah.3.
17,פְּתָהֶן turpitudinẽ earum nudabit. Poteſt etiã dedu
ci à פֵּאָה,vt ſignificet cæſariem.R.Abrahám in cõmen.
Sunt(inquit) qui dicũt deficere א, exponẽtes cæſariem
capitis earum.At rectũ eſt in oculis meis vt ſit à פּוֹת,&
ſignificet podicem earum,ſeu partes poſteriores.

פָּזַז Eſt חָזַק, Roborare, fortificare.Gen.49.24,וַיָּפֻזּוּ זְרֹעֵי
יָדָיו & roborata ſunt brachia manuũ eius.R.Selo-
móh, Et deaurata.i. auro ornata brachia. Idem R. D.
Et in pihél, 2.Semu.6.16,Et vidit regem Dauid מְפַזֵּז
viriliter agentem,& ſaltantem,&c. Mos enim ſaltan-
tium eſt vt roborẽt cingulum lumborũ ſuorũ, quum
ſaltare volunt. Et à fortitudine dicitur פָּז, Aurũ opti-
mum,& purificatum,quod eſt fortius.Pſal.21.4,coro-
nam פָּז auri.i.auream.Et 19.11,Deſiderabilia præ auro,
& præ auro multo. Et participiũ paſſiuum ex
pihél,1.Reg.10.18,& texit illud auro מְפֻזָּז depurato.aut
roborato. Et cũ א redundante,inquit R.D. Dani.10.
5,accincti auro אוּפָז puro. vel forti & roborato. Nomẽ
loci eſſe arbitror, quia ſcriptũ eſt Irme.10.9,Argẽtum
extenſum de Tharſis adducetur,& aurũ מֵאוּפָז de Vpáz.

Tharghum,de Ophir.Vbi & R.Dauid in cõment.no-
men loci eſſe ſcribit, ita forſan appellati, quòd auro
abundet optimo.

פָּזַר Diſpergere. Vnde participiũ fœmineum ex cal,
Irme.50.17,שֶׂה פְּזוּרָה pecus diſperſum Iſraél. Et
in nifhál,Pſa.141.7,נְפֻזְּרוּ diſperſa ſunt oſſa noſtra. Et
in pihél,Pſal.53.6,פִּזַּר עַצְמוֹת חֹנֶךָ diſperſit oſſa caſtrame-
tantis contra te.Ioël 3.2,פִּזְּרוּ diſperſerunt. Prouerb.11.
24,eſt מְפַזֵּר diſpergens.Eſter 3.8,Eſt populus vnus מְפֻזָּר
diſperſus.Pſal.147.16,ſicut cinerem יְפַזֵּר ſparget.

פָּחַד Pauere,formidare,timere. Pſal.119.161,וּמִדְּבָרְךָ
פָּחַד לִבִּי & à verbo tuo (vel verbis tuis: eſt enim
duplex lectio) formidauit cor meũ.Ieſa.60.5,וּפָחַד & pa
uebit,& dilatabitur cor tuum.i.erit pauor miſtus lætí-
tia.Hoſe.3.5,וּפָחֲדוּ אֶל יְהוָה & timebunt Dominũ.i.& ti-
muerunt à Domino.Prouerb.3.24,Non תִּפְחָד timebis.
Et in pihél,Prouerb.28.14,Beatus homo מְפַחֵד qui ti
met ſemper. Ieſah.51.13,וַתְּפַחַד & timuiſti iugiter. Et
in hifhíl, Iiób 4.14,וְרֹב עַצְמוֹתַי הִפְחִיד & multitudinẽ oſ-
ſium meorũ terruit. Nomen,פַּחַד, Pauor,Formido,
Timor. Gene.31.53,Et iurauit Iahacób בְּפַחַד per pauorẽ
patris ſui.i. per Deũ quem timebat Iſchác pater ſuus.
Pſal.119.120,מִפַּחְדֶּךָ præ timore tui. Irme.2.19,Et nõ eſt
פַּחְדָתִי pauor mei in te. Iſtud eſt fœmineum à
plurale maſculeũ, Iiób 15.21,vox פְּחָדִים pauorũ. Alia
ſignificatio,Iiób 40.12,Nerui פַּחְדֵי teſticulorum eius.

פֶּחָה Vnde פֶּחָה, Dux.פ eſt cũ ſeghól,& eſt ex daghef
ſatis,licet nõ dagheſſetur, quia ח non ſuſcipit
daghés: & ח eſt ſignum fœmineũ, (cuius radicale de-
ficit)licet ſit maſculeũ,vt numeralibus vſuuenit שְׁלִשָּׁה
& חֲמִשָּׁה . quod & propriis nominibus ſæpe euenit, vt

תוגַרְמָה Togharmáh,& רַעְמָה Rahamáh,אֱלִישָׁה Eliſáh, & idgenus multa: & ה in his nominibus non eſt ſignum fœmincum,ſed redundat. Nechem.5.14,Panem הַפֶּחָה ducis non comedi. Et in regimine eſt totum cum pathách,& breue,Chag.1.1,פַּחַת ducē Iehudáh.præter vnū longum,ſecundum R.D, Chag.2.3,פַּחַת ducem Iehudáh. Venit etiã cum ת,licet non ſit in regimine,vt 2. Reg.18.24,Et quomodo reſpódebis faciei פַּחַת אֶחָד ducis vnius,&c. Malachi 1.8,לְפַחְתֶּךָ duci tuo. Nechem.2.7,פַּחוֹת duces. 1.Reg.20.24,Et pone פַּחוֹת duces pro eis. pro פַּחוֹת.Vnum enim ו eſt loco ה literæ radicalis,quæ deficit in פַּחוֹת. Illud autē Nechem.5.14, vt eſſem פַּחָתָּם dux eorum:ponitur pro פַּחְתָּם,ſicut צוּרָתָם pro צוּרָם.

פָּחַן Feſtinare, accelerare, leuem, mobilemque eſſe. Sephan.3.4,Prophetæ eius פּוֹחֲזִים feſtinantes.leues,velocéſque. R.D.in cõment. & lib.rad. קַלִּים leues ſcientia.aut cognitione.R.Abrahám in cõmen.vacui. .i.non eſt eis ad comedendum.Iudic.9.4,viros vacuos & leues.ſub.cognitione,ſecundū R.D.in lib.ra. Vel leues,mobileſque ad rapiendū: quia non erat illis vnde viuerent:ſecundū eundē in cõm. Tharghū,viros vacuos & temerarios, audacéſque atque liberos. Vel,abiectos,atque cõtemptibiles. vnde & alii codices habent & contemptibiles,inquit R.D.in comment. Nomē,פַּחַז,Feſtinatio,Leuitas,Velocitas,Motus.Gene.49.4,פַּחַז velocitas ſicut aquæ.acſi dicat,Motus,& leuitas(aut velocitas imaginationis fuit tibi, ſicut aquæ leues, velocéſque)quæ defluunt. Idcirco non excelles,aut non erit tibi excellentia,aut dignitas. R. Selomóh in cõmēt.פַּחַז eſt nomen ſubſtantiuū:idcirco habet longū accentū: & eſt totū cum pathách punctatum

tum. Si eſſet præteritū,partim eſſet cum camés,& partim cum pathách,eſſétque breue.acſi dicat,Feſtinatio qua feſtinaſti vt oſtenderes irā tuam, ſicut aquæ quæ feſtinant ad curſum ſuū.Idcirco non multiplicaberis, vt accipias omnes has dignitates quæ cõueniebant tibi,primogenitură ſcilicet, ſacerdotium, ac regnū. Sic etiam R.Abrahám,quia feſtinaſti ſicut aqua,non erit tibi dignitas. Alia forma,פַּחֲזוּת. Irme.23.32, Et errare fecerūt populū meū mendaciis ſuis וּבְפַחֲזוּתָם & leuitate ſua.i.blāditiis ſuis.Vel leuitate ſua.i.leuitate cognitionis ſuæ,ſecundum R.D.in cõment.Vel feſtinatione.

פֶּחָם Carbo. Ieſa. 54.16, Creaui fabrum ſufflantem in igne פֶּחָם carbonem. פֶּחָם Dux eorū: quære in פֶּחָה in fine.

פַּחַת Fouea, cū pathách propter ה alioqui eſſet inſtar אֶרֶץ. Irme.48.28, in lateribus oris פַּחַת foueæ.Et 44, cadet in הַפַּחַת foueam. 2.Semu.18.17, בְּאֵחַת הַפַּחְתִּים in חַגְוֵל in foueam grādem. Et 17.9, latet פַּחַת defectus vna foueārū. Alia forma, Leuit.13.55,פְּחָתָה eſt.Et in hac ſignificātia frequenter vtūtur hac dictione doctores Hebræorum: vt cum dicūt לֹא פָחוֹת וְלֹא יוֹתֵר neque plus,neque minus,& idgenus multa.

פַּטְדָה Vnde פִּטְדָה,Lapis pretioſus viridis. & ſecūdum R.Ionáh,in lingua Harabica vocatur זְמַרְגַּד ſmaragdus.Exod.28.17,& 39.10.

פָּטַר Eſt שָׁלַח,Mittere,emittere, dimittere. Vnde & pro שָׁלַח,Tharghū ſæpe vertit פָּטַר.Significat & פָּתַח Aperire.2.Paralip.23.8,Quia non פָּטַר dimiſerat Iehoiadáh ſacerdos אֶת־הַמַּחְלְקוֹת diuiſiones. ſub.vt abirēt, ſed retinuit.Prouerb.17.14,פּוֹטֵר מַיִם emittens(aut aperiens)aquas,principiū eſt contentionis.quia ſcilicet a-

quas quas dimisit, & defluxerunt, nō potest quispiam restituere:& sic est principiū contentionis.1.Paralip.9. 33. Et isti cantores capita patrū leuitarum in cubiculis פְּטוּרִים dimissi: quia die ac nocte erāt super eos in operandi) die, noctúque operam dabant, & manebant in cubiculis.1.Sem.19.10,וַיִּפְטַר & dimisit se(.i.declinauit) à facie Saul. Est intransitiuú. Et in hifhíl, Psal.22.8, יַפְטִירוּ בְשָׂפָה dimittēt(aut emittēt)labio.sub.verba. Vel potius,Aperient labiū. ב enim est ad ornatū, ait R.Abrahám.Vel deest(vt dicit idem)dictio מִלָּה sermonē.i. aperient labiū in sermone.Et hoc(inquit)est rectū. R. D.in comment.Emittent verba(sub.subsannatoria,& deriforia)per labium. Nomen,פֶּטֶר,Emissio,Apertio. Et quia primogenitus quum emittitur è vulua, illam aperit,& diuidit primus:vocatur פֶּטֶר.Exod.13.2,Sanctifica mihi omnē primogenitum,פֶּטֶר apertionē omnis vuluæ.i.primogenitum qui aperit vuluam. Et cum nfœmineo,פִּטְרָה. Et in regimine,Num.8.16,pro פִּטְרַת apertione omnis vuluæ. Sunt etiam פְּטוּרִים Emissiones,apertionésque florum, vt 1.Reg.6.18,וּפְטוּרֵי צִצִּים & apertiones florum.Vel apertionibus.

פַּטִּישׁ Vnde פַּטִּישׁ,Malleus magnus. Iesah.41.7,Molificātem(leniorē reddentem) פַּטִּישׁ malleum. secundum R.Abrahám,& R.Dauid.Irme.50.23,Et cōfringetur פַּטִּישׁ malleus.

פִּיד Est עֵיד,Contritio,afflictio,euentus malus.Prou. 24.22,וּפִיד & cōtritionē amborū quis scit?Iób 31. 29, Si lætatus sum בְּפִיד in cōtritione odio habētis me. Secūdum R.Leui,illud Iób 12.5,לַפִּיד בְּוּז lampas(aut tæda)contempta:est ex hac radice,& ל est litera deser-

uiens:pro,ad contritionem.Vide in לַפִּד. Vtroque modo exponit R.Abrahám Perusól.

פִּים Vnde פִּימָה,Lúbricus in vētre viri pinguis.Iób 15. 27,& fecit פִּימָה lumbricū in iliis. Sed R. Moséh, & R.Abrahám, & R.Leui exponút פֶּה os, aut פְּיוֹת ora: hoc est & fecit ora in iliis præ multitudine pinguedinis.Quum enim pinguedo(inquit R.Moséh)est gemi nata,facit instar os. Et R.Abrahám, Præ multitudine pinguedinis fecit ora,& rugas in iliis,& lumbis.R.Dauid in lib.rad. קְמָטִים rugas:alii lumbricos.R.Abrahám auenhezra, Et fecit ora, &c. acsi opus esset vt faceret ora in iliis ad educendum adipem. Tharghum, רוּעֲבָא viride.i.vlcus viride:vel virorem.

פָּכָה Egredi,exire.In pihél, Iechez.47.2, Et ecce aquæ מְפַכִּים egrediebātur è latere dextro. Hinc פַּךְ,Lenticula,vas oleariū:quòd ex illo educant,& euacuent oleum,sic appellatum. 1.Semu.10.1,Et tulit Semuél אֶת־פַּךְ lenticulam olei.

פָּכַר Vnde פַּכֶּרֶת,Pochéreth, nomē proprium vnius è seruis Selomóh, vt habes Hezræ 2. 57. Vnde ignōro cur R.Ionáh posuerit פָּכַר radicem, citans dum taxat prædictum propriū nomen. Nomina enim propria imponuntur ab aliquo proprio euētu noto apud illos qui nomina ipsa imponunt.

פָּלַל Iudicare,& Orare.In pihél,Iudicare.1.Semu.2. 25,וּפִלְלוֹ iudicabit illum Deus.vel iudex, vt vult R.D.in cōment.Tharghū,Si peccauerit vir in virum, nónne adducēt coram iudice, & audiet verba illorū,& diudetinter illos?.i.dirim et litē quæ est inter illos.R. D.in lib.ra.iudicabit illum iudex, & eripiet illum qui est innocens,è manu socii sui,quū illi quod rectum est

vt faciat, iusserit. vel, faciet declarationẽ inter eos. Et si in Dominũ peccauerit vir, quis יִתְפַּלֶּל־לוֹ iudicabit (vel disceptabit) pro illo? acsi dicat, Quis erit purus vt iudicet, (siue vt iudex cõstituatur cũ illo,) & dicat, faciemus inter nos iudiciũ sic & sic? Et dixit de iudicãte יִתְפַּלֶּל־לוֹ in hithpahál passiuo: quẽadmodum dixit in nifhál passiuo Ieche. 20.35, וְנִשְׁפַּטְתִּי אִתְּכֶם & iudicabo vobiscum, &c. eo quòd iudex referens argumẽta, atque probationes vnius alteri, perinde est acsi ipse iudicaret, quum iudicandorum dicit verba. Et in comment. Quis iudicabit (siue disceptabit) pro illo? acsi dicat, Quis ingredietur iudiciũ pro illo cũ Domino? Vel, quis precabitur, aut rogabit pro illo? Et sic Tharghum, Et si coram Domino peccauerit vir, à quo rogabit, & remittetur illi? Genes. 48.11, Et dixit Israël ad Ioseph, Videre faciem tuam non פִלַּלְתִּי iudicaui. i. non feci iudiciũ in meipso, quòd amplius faciem tuã videre possem. R. Selomóh, nõ cogitaui, id est putaui amplius videre faciẽ tuã. R. Abrahám auenhezra, Nõ iudicaui in corde meo. Tharghum, סְבָרִית putaui. Ieche. 16.52, Etiã tu porta ignominiam tuã quæ פִּלַּלְתְּ לַאֲחוֹתֵךְ iudicasti sororẽ tuã in peccatis tuis. i. quæ prius iudicasti sororẽ tuã super peccatis suis, quãdo cœpit male agere: & nunc ad male agendum peior es illa, & iustificasti sororẽ tuam in peccatis tuis, quæ multiplicasti plus quàm illa. Psal. 106.30, Et stetit Pinechás, וַיִּפְלֶל & iudicauit. i. iudiciũ fecit, quia transfixit Zimri, & Cozbi filiã Sur, vt exponit R. D. in lib. rad. & in cõment. & R. Abrahám. Tharghũ, וְצַלִּי & orauit. aut precatus est. R. Himmanuel, Et fecit opus iudicum. quũ enim essent iudices, nõ expectauit vt iudices viderent iudiciũ suum, sed ex seipso fecit iudiciũ

transfossis adulteris. Et in nifhál, opinione R. Iehudáh, Ieche. 28.22, וְנִפְלָל & iudicabitur vulneratus in medio eius. Vel est verbũ geminatũ à נָפַל, pro, & corruet. Vide נָפַל. Et in hithpahál, 2. Paral. 30.18, Quia הִתְפַּלַּל orauit. 2. Reg. 20.19, pro quib' הִתְפַּלַּלְתָּ אֵלַי orasti ad me. 1. Reg. 8.28, מִתְפַּלֵּל orat. Iiób 42.10, בְּהִתְפַּלְלוֹ quum orauit ipse. 1. Sem. 12.19, הִתְפַּלֵּל ora. Psal. 5.3, ad te אֶתְפַּלֶּל oro. Irme. 7.16, Et tu אַל־תִּתְפַּלֵּל ne ores pro populo hoc.

Nomen, præposito ת, Iesah. 1.15, Quũ multiplicaueritis תְּפִלָּה orationem. 1. Reg. 8.28, ad תְּפִלָּה orationẽ serui tui. Iesah. 38.5, Audiui תְּפִלָּתֶךָ orationem tuam. Psal. 72.20, Perfectæ sunt תְּפִלּוֹת orationes. Tóar, Iiób 31.28, Et est iniquitas פְּלִילִי iudicata. aut iudicanda, vel iudicedigna. Deuter. 32.32, Et inimici nostri פְּלִילִים iudices.

Nomen, פְּלִילָה, Iudicium. Iesah. 16.3, facite פְּלִילָה iudicium. Alia forma, Iesah. 28.7, Impegerunt פְּלִילָה in iudicio. deficit ב.

פָּלָא Mirabile esse, difficile & absconditum esse. Segregare, separare. In nifhál, Prouer. 30.18, Tria sunt (quæ) נִפְלְאוּ abscódita sunt à me. Subauditur enim אֲשֶׁר. Exod. 33.16, וְנִפְלִינוּ & separabimur ego & populus tuus ab omni populo &c. 2. Semu. 1.26, נִפְלְאַתָה mirabilis fuit amor tuus mihi præ amore mulierum. Est cõmunis duobus signis fœmineis, ת & ה, teste R. D. in Michlol, & lib. rad. Deuter. 30.11, mandatũ &c. נִפְלָאת הוּא מִמְּךָ non est absconditum à te. Psal. 118.23, est נִפְלָאת absconditum in oculis nostris. R. Abrahám in cõment. A Domino fuit iste lapis, & est mirabilis: à פֶּלֶא mirabile. Et in נִפְלָאת, ת est loco ה, sicut & Iechez. 46.17, וְשִׁבַּת, Iesah. 51.21, וְשִׁבְרַת. R. Dauid refert ad תְּשׁוּעָה salutem, id est A Domino fuit hæc salus &c. Idem quoque in Michlol

gregauit Dauid misericordem ab omni Israél vt esset
rex &c.Exod.8.22, וְהִפְלֵיתִי & separabo. Iudic.13.19, וַיַּפְלֵא
& mirificabat facere.Est sine ' coniugationis. R.D.in
cõment.Et angelus mirificabat quando eduxit ignem
de petra,& consumpsit hœdum & sacrificiũ.Psal.17.7,
mirifica(segrega)misericordias tuas. Iesah.
29.14, idcirco ego addo וְהַפְלֵא
mirari faciam populũ hunc,vt mirari faciam,& mira-
bile.R.Abrahám in cõmen.vt abscodam,siue occulte
à populo hoo &c. quia non intelligent. Et idcirco di-
xit postea,Et peribit sapientia &c.Et sunt (inquit) qui
exponunt,vt mirabilia faciam populo huic,iuxta illud
Exo.15.11, עֹשֵׂה־פֶלֶא faciens mirabile.Et secundũ opinio
nem meã hoc est sicut illud.R.D.in comment. Idcir-
co ego addo malũ grande super illud quod adduxi vo-
bis,vt mirari faciam,id est vt adducã malum super po
pulum hunc,adeò vt mirabile futurum sit in oculis vi
dentis:iuxta illud Thre.1.9, וַיֵּרֶד פְּלָאִים & descendit mi-
rabiliter. Idcirco geminauit, vt mirari faciam. Thar-
ghum,Idcirco ego addo vt deleã populum hunc dele-
tionibus mirabilibus.Ioël 2.26,qui fecit vobiscũ לְהַפְלִיא
ad mirificandum.i. miris beneficiis, & ad miraculum
vsque vos affecit. Vno enim anno reddidit eis fructus
quatuor annorum . Exod. 11.7, vt sciat quòd Domi-
nus יַפְלֶה diuisit inter AEgyptũ & Israél. Leuit.27.2,vir
quũ יַפְלֶא נֶדֶר בְּעֶרְכְּךָ separauerit votũ in æstimatione tua
animarum Domino.Exponit R.Selomóh & R.D.Vir
qui declarauerit ore suo votũ in æstimatione animæ.i.
vt det æstimationẽ animæ suæ. Et בְּעֶרְכְּךָ est sicut עֶרְכְּךָ
in æstimatione.R.Abra.in cõm.Vir qui se expoluerit,
& declarauerit votũ in &c.Et est sẽsus,Qui vouerit vo

dicit poni pro נִפְלָאָה,& mutatum esse ה in ת quiescens.
Psa.139.14, נוֹרָאוֹת נִפְלֵיתִי נִפְלָאִים מַעֲשֶׂיךָ terribilia(sub.sunt
opera tua) mirabilis fui,mirabilia opera tua,& anima
mea scit valde.In quẽ locũ R.Abra.sic scribit,נוֹרָאוֹת est
tóar לַעֲלִילוֹת operũ:pro,terribilia opera,sicut Gen.42.7,
& locutus est cum eis dura,id est verba dura. R.Moséh
dixit dictionem Valde,coniungi cum Mirabilia opera
tua.Psal.119.8,præcepta tua custodiam,ne derelinquas
me vsque valde,id est, custodiam vsque valde,ne dere-
linquas me.Et est rectum.R.Dauid in cõment. Opera
tua terribilia sunt in formatione mei:super quibus cõ
fitebor tibi quòd mirificatus sum in formatione, quia
mirabilia sunt opera tua in me.Et anima mea cogno-
scit valde. i. opera tua sunt mirabilia valde, & anima
mea intellectiua cognoscit opera tua miranda , & su-
per his confitebitur tibi,quod haudquaquam aliis ani
mantibus vsuuenit. Exod.34. 10, coram omni populo
tuo faciã נִפְלָאֹת mirabilia. Psal.72.18,faciens נִפְלָאוֹת mi
rabilia solus.Psal.111.4, לְנִפְלְאֹתָיו mirabilibus eius.Et 9.
2, נִפְלָאוֹתֶיךָ mirabilia tua. Deuter. 17. 8, כִּי יִפָּלֵא מִמְּךָ דָּבָר
quum abscondita fuerit à te res. Irme.32.27, הֲמִמֶּנִּי יִפָּלֵא
nũ à me abscondetur aliquid? Et in hifhíl,Ie-
sa.28.29, הִפְלָא עֵצָה mirificauit consilium.pro הִפְלִיא. de-
ficit enim ' coniugationis.Psal.31.22, הִפְלִיאָה חַסְדּוֹ לִי miri
ficauit misericordiã suam mihi.Exo.9.4, וְהִפְלָה & sepa-
rabit Dominus inter pecudes Israél &c. scribitur cũ ה,
inquit R.D.Deute.28.59, וְהִפְלָא יְהוָה מַכֹּתְךָ separabit Do
minus plagam tuã.à plagis aliis scilicet,quia erunt ma
iores,& perseuerãtes.scribitur cum א, & legitur more
desinentiũ in ה,ait R.D.in Michlól.Sic scribitur cũ א,
secundum eundem in lib.rad.illud Psal.4.4,& scitote
quòd הִפְלָה segregauit Dominus misericordẽ sibi.i.Se-

rum,dicens,Si Dominus fecerit mihi ſic, redimá animam meã ſecũdum æſtimationem mei, aut filiorum meorũ ſuper me,vel æſtimationem animalis. & כ vltimum in בְּעֶרְכֶּךָ,ſecundũ opinionem grammaticorum redundat: & ſenſus eſt בְּעֶרֶךְ. Sunt qui dicunt כ eſſe ſignum pronominis.i.ſecundũ æſtimationem tuã, ô ſacerdos.Animarum(inquit) tam hominũ quàm aliorũ animantiũ. Et in pihél,Leuit.22.21, & vir quũ obtulerit ſacrificium Domino לְפַלֵּא־נֶדֶר vt ſeparet votũ. vel declaret,ſecũdum R.D,&c. Et in hithpahál,Iiób 10.16,תִּתְפַּלֵּא בִי mirificaberis(mirificabis te:vel mirificum, mirabilémque facies te) in me. Nomen tóar, פֶּלֶאי, Mirabilis. Iudicũ 13. 18, vt quid interrogas de nomine meo,& eſt פֶּלֶא mirabile?Eſt cũ א quieſcente,& cum ghól,quia eſt longũ, inquit R.D. in Michlól:alioqui debuerat eſſe vt עִבְרִי.Eſt tóar(inquit idem in lib.rad.) nominis Dei mirabilis. Acſi dicat,Nomen meũ eſt mirabile,& excelſum,vt non poſſim oſtendere tibi.Et ſic ad Iahacób patrem noſtrũ,cui nolebat angelus indicare nomen ſuum,ait,(Geneſ.33.29,) Vt quid interrogas de nomine meo?Et hoc fuit, quòd angeli conſpiciebãtur illis in hominum ſimilitudine,& non manifeſtabant illis ſe eſſe angelos. Idcirco ſuũ nomen non memorabant.Et ſic,vir cuius nomen ignorat qui memorat:aut ſi ſcit, non vult illum nominare nomine proprio,dicitur פְּלֹנִי talis.Ruth 4.1,ſede hic פְּלֹנִי אַלְמֹנִי talis, talis. Nomen,פֶּלֶא,Mirabile,mirũ,miraculum. Exo. 15.11,faciẽs פֶּלֶא mirabile.Pſal.77.12,פִּלְאֶךָ mirabile tuũ. pro mirabilia tua. Plurale maſculeũ,Thre.1.9,Et deſcendit פְּלָאִים mirabiliter. Fœmineũ,Pſal.119.129,פְּלָאוֹת mirabilia (vel occulta) teſtimonia tua. Alia forma, præpoſito

præpoſito מ.Iiób 37.16,מִפְלְאוֹת. Tóar cũ quinque punctis ſecundum R.D.quanquã pleraque exemplaria impreſſa habeant ſex. Ieſah.9. 6,& vocauit nomen eius, פֶּלֶא admirabilem.Et fœmineũ inſtar שְׂרִירָה פְּלִיטָה פְּלִיט maſculeis.Pſal.139.6,פְּלֵאִיָּה דַּעַת מִמֶּנִּי occulta ſcientia à me.Vel mirabilior eſt ſcientia quàm ego. Scribitur(inquit R.D.)פְּלֵאִיָּה,& legitur פְּלִיאָה:& idem eſt ſenſus ,quanquam ſint duæ ſpecies.Nam פְּלֵאִיָּה eſt fœmineum à פֶּלֶא ſuprà memorato: פְּלִיאָה verò eſt fœmineum à פָּלִיא,inſtar נָבִיא,cuius fœmineum eſt נְבִיאָה.Dixit Dauid,Hæc ſcientia eſt mirabilior, & altior me, ita vt illam non poſſim attingere.

פָּלַג Diuidere,ſeparare.In pihél,Iiób 38.25,Quis לַשֶּׁטֶף תְּעָלָה diuiſit inundationi aquæductum? Pſal.55.10,פַּלֵּג לְשׁוֹנָם diuide linguã eorum. Et in nifhál, in diebus illius נִפְלְגָה diuiſa fuit terra. Nomen, פְּלֶגָה,Diuiſio.Iudic.5.15,בִּפְלֻגּוֹת in diuiſionibus Reuben (quibus diuiſit ſe à fratribus ſuis,& non eſt egreſſus ad præliũ hoc)magnæ cogitationes cordis.Vide expoſitionẽ loci in חֵקֶר. Alia forma,2.Para.35.5,לְמִפְלְגוֹת in diuiſionibus(portionib',fũctionibus diuiſis) domus patrũ.

Alia item,præpoſito מ,2.Paral.35.12,לְמִפְלַגּוֹת ſecundũ diuiſiones(aut partes,functiones)domus patrũ. Alia præterea, cum ſex punctis, פָּלֶג, Riuus : ſic appellatus, quòd à ſuo fonte diuidatur. Pſal.65. 10, פֶּלֶג riuus Dei. Ieſah.30.25,פְּלָגִים riui.Pſal.1.3,arbor plantata פַּלְגֵי מָיִם iuxta riuos aquarum. Et 46.5,פְּלָגָיו riui eius lætificabũt ciuitatẽ Dei. Vel ſic, fluuius riuuli eius &c. acſi dicat: Egredietur fluuius de Ieruſaláim quæ eſt ciuitas Dei, & eius riui lætificabunt illam. Alia forma,פַּלְגֵּי.Iiób 20.17,non videbit בִּפְלַגּוֹת riuos.

Universidad de Deusto Biblioteca

tundendo illas: & tempore quo emittunt, dolore affi-
ciuntur. Nomen, פֶּלַח. Iudic. 9. 53, Et proiecit mulier
vna פֶּלַח רֶכֶב fragmen molæ. sub. superioris, quæ latinis
dicitur catillus, & inferior meta. 1. Semu. 30. 11, & dede-
runt ei פֶּלַח דְּבֵלָה fragmẽ caricæ. Iiób 41. 15, & forte כְּפֶלַח
תַּחְתִּית sicut mola inferior. Sic appellata, quòd sit diui-
sa, & quasi scissa à superiori, aut scissura superioris. Cãt.
4. 3, כְּפֶלַח sicut fragmen mali punici.

פָּלַט Euadere, Eruere, eripere, proiicere, Parere, Elon
gare. Iechez. 7. 16, וּפָלְטוּ פְּלִיטֵיהֶם & euadent eua-
sores earum. scilicet Gentium. Et in pihél, Psal. 18. 3,
וּמְפַלְטִי & erutor meus. Est lene. Et 32. 7, clamoribus פַּלֵּט
eripiendi. pro ereptionis. i. laude & confessione libera-
tionis. acsi dicat, Quum eripiar ab inimicis, laudabo te,
& confitebor tibi. Vel est imperatiuũ: acsi dicat, Cla-
moribus dicentium, Libera, vel erue: sicut quum quis-
piam eripitur à morte, maiorum autoritate, clamatur,
Libera libera. In cõment. exponit, liberationis. Et 56. 8,
num propter iniquitatem פַּלֵּט־לָמוֹ euadere (pro euasio,
& liberatio) eis? R. D. in lib. rad. proiectio, & elongatio
eis? Sed priorem, rectã esse scribit, & legendum admira
tiue. Et 17. 13, פַּלְטָה נַפְשִׁי erue animã meam. Et 82. 4, פַּלְטוּ־
דַל eripite pauperem. Iiób 21. 10, תְּפַלֵּט proiiciet fœtũ vac
ca eius. Micháh 6. 14, & quem תְּפַלֵּט eiecerit (vel proie-
cerit) gladio dabo. R. Abrahám, pepererit. Et in hif-
hil, Iesah. 5. 29, Et rugiet, & capiet prædã, וְיַפְלִיט & præda
bitur. R. Abrahám in cõment. Et ostendet se eruere, vt
videat si est qui eripiat. R. D. in comment. Et capiet e-
rutam, quia omnes vrbes Iehudáh accepit præter Ieru
saláim. Tharghũ, וישיזיב & eruet. i. finget se eruere. Mi-
cháh 6. 14, & attinges (scilicet vxorem tuã,) וְלֹא תַפְלִיט &

פֶּלֶד Lampas, aut Tæda. Dicitur per metathesin li-
terarum à לַפִּיד. Nachũ 2. 3, in igne פְּלָדֹת tædarũ
currus. R. Abrahám, Currus, acsi ignis tædarum egre-
deretur in cursu eius. Et dictioni פְּלָדֹת non est socius:
forsan conuersa est ex לַפִּידוֹת. R. D. in commen. Cur-
rus est acsi iret in igne (aut cum igne) tædarũ: quia ro-
tæ currus erant ferreæ, & in cursu illarum in viis su-
per lapides, ignis egrediebatur è medio illarum, vi ac
violentia cursus, ita vt videretur currus esse in igne,
aut cum igne tædarum.

פָּלָה Diuidere, segregare. & quæ solent citari in hac
radice, habes in פָּלָא. Sed in hac potissimum po
nuntur הִפְלָה & הִפְלֵיתִי & הַפְלֶה, & יַפְלֶה, & וְנִפְלִינוּ, quæ in
prædicta radice sunt adducta & exposita: quæ R. D. in
Michlól adducit in ipsa prædicta radice: fatetur tamen
posse esse & ex hac, & ipsius formam sequi.

פָּלַח Est בָּקַע, Scindere, diuidere, findere. Et in cal so
lum participiũ, & in pihél futurum duntaxat
in Sacris literis inuenitur. Psalm. 141. 7, sicut פֹּלֵחַ וּבֹקֵעַ
scindens, & findens (scilicet ligna) in terra. R. D. in cõ-
ment. scribit duo prædicta verba idem significare in di
ctionibus diuersis, & sensum esse, Sicut qui scindit li-
gna, dispergit scissiones huc, atque illuc, sic dispersa
sunt ossa nostra. Et in pihél, Prouer. 7. 23, Donec יְפַלַּח
חֵץ כְּבֵדוֹ scindat sagitta iecur eius. 2. Reg. 4. 39, וַיְפַלַּח & sci
dit in ollam pulmenti. Iiób 39. 6, fœtus suos, תְּפַלַּחְנָה
scindent. ל est cum pathách præter normam. R. Abra-
hám Perusól, Incuruant se: & hoc quia ibices, & cer-
uæ tempore sui partus, quia earum vulua est stricta,
doloribus debilitantur, & incuruant se in terra, & ad
fœtus suos scindentur. pro, scindunt se. Lædunt enim
membranas quæ sunt in ventre earũ, scindendo, & cõ-

non eiiciet fœtum.vel,& non pariet,ſecũdum R. Abrahám. Toar, פָּלִיט, Euaſor,qui euadit,& effugit, fugitiuus,Abiectus.Irm.44.14,& nõ erit פָּלִיט euaſor.Num. 21.29,dedit filios eius פְּלֵיטִם fugitiuos.Deeſt י ſignũ plurale,Ieſah.66.19,& mittam ex eis פְּלֵיטִים euaſores ad gẽtes.i. illos qui euaſerint. Et ſine י formatiuo nominis tóar,Irme.51.50, פְּלֵטִים euaſores à gladio. Iudic.12.4, & percuſſerunt viri Ghilhád ipſũ Ephráim: quia dixerũt פְּלִיטֵי אֶפְרַיִם אַתֶּם abiecti Ephráim,Vos Ghilhád.i. Abiecti qui erãt in Ephráim,dicebant,Vos Ghilhád,quid reputamini in medio Ephráim,& Menaſſéh? Et appellabãtur abiecti פְּלֵיטִים, quòd eſſent veluti fugitiui maiorũ, & exiſtimatorũ. Et ita ſecundũ opinionẽ meã, (ait idẽ R.D.)illud Ieſa.45.20,accedite pariter פְּלֵיטֵי abiecti gẽtium.ל cũ chiric. At in comment.ſic ſcribit, פְּלֵיטֵי &c. acſi dicat, Abiecti(viles)Ephráim vos, quia eſtis diuiſi in medio Ephráim,& Menaſſéh,& nõ eſtis alicuius exiſtimationis.Et quia viri Ephratæi probris illos afficiebans,viri Ghilhaditæ quum illos ſolos inueniebãt per terrã ſuã tranſeuntes,percutiebãt illos.Tamẽ ſecundũ opinionẽ interpretis Chaldaici,dictio אַתֶּם vos,cõiũgitur cũ Ghilhád,& nõ cũ Ephráim.ſic enim habet,Quia dixerũt euaſores fugitiui domus Ephráim, Quid eſtis exiſtimati domus Ghilhád in medio domus Ephráim, in medio domus Menaſſéh? Hobadiáh 14, אֶת פְּלִיטָיו eua ſores eius. Nomẽ, פְּלֵיטָה, Euaſio, Liberatio. Iech.14.22, & ecce remanſit in ea פְּלֵטָה euaſio. Ioél 2.3,etiam פְּלֵיטָה euaſio non erit illi. Exo.10.5, reſiduũ הַפְּלֵטָה euaſionis. 2.Paral.30.6,& reuertetur ad הַפְּלֵיטָה euaſionem.Gene. 32.8,turma remanens לִפְלֵיטָה in euaſionem.i.euadet.

Alia forma, Pſal. 55.9, feſtinare faciam מְפַלְטִי לִי euaſionem(liberationem)mihi.

פָּלַךְ Cum ſex pũctis,Scipio, baculus cui quis innititur:& Fuſus.2.Sem.3.29, tenens בַּפֶּלֶךְ ſcipionẽ. Proue.31.19,& manus eius ſuſtentauerunt פֶּלֶךְ fuſum.

Significat & מָחוֹז, Prouinciam,regionem, terminũ, cõfiniũ.Nech.3.9,princeps dimidii פֶּלֶךְ vici Ieruſalaim.

פָּלַס Librare,ponderare,Dirigere,rectũ facere. Prouerb.5.21,& omnes ſemitas eius מְפַלֵּס dirigit.libbrat,aut ponderat.In cõmen.exponitur,Omnia leuia, ſtatera rectitudinis librat.Et R.Himmanuel,acſi dicat, Omnes viæ, omnia opera viri manifeſta ſunt corã Domino,& omnes ſemitas, & vias eius ſtatera ſuæ ſapientiæ ponderat. Et 4.26, פַּלֵּס מַעְגַּל רַגְלֶךָ pondera ſemitam pedi tuo.acſi dicat,Pone in bilãcibus intelligẽtiæ tuæ, & pondera ſtatera ſapiẽtiæ tuæ mores tuos, vt reiectis malis,bonos eligas. Virtus mediũ tenet gradũ,deuitãs extremitates, quæ ſunt veluti duæ lances bilanciũ. Et hoc eſt non declinare ad dexterã, neque ad ſiniſtram. Ieſah.26.7, Rectũ callem iuſti תְּפַלֵּס librabis. Pſal.58.3, Iniquitatem manuum veſtrarum תְּפַלְּסוּן ponderabitis.

Nomen,Prouerb.16.11, פֶּלֶס, bilances,& ſtateræ iudicii Domino.פֶּלֶס, Rectitudo ſtaterarum: eſt illud quod ponderans,ſua capit manu,in cuius medio eſt lingula ſtaterarum.Sunt tamẽ qui dicunt פֶּלֶס vocari virgã ferream ſignatã ſignis ad ſciẽdum pondera,ſuper quæ ſigna ponitur lapis,vel aliud pondus,vt notum eſt.

פָּלַץ Terreri,formidare,tremere. In hithpahál,Iob 9.6,Et colũnæ illius יִתְפַּלָּצוּן cõtremiſcẽt. Nomen, פַּלָּצוּת, Terror, Tremor, Pauor. Ieſa.21.4, פַּלָּצוּת tremor terruit me. Et quia idolũ ſuis cultoribus eſt terrori,ac tremori,idcirco vocatur מַפְלֶצֶת: aut per ſubſtãa

tionẽ ſic appellatur idolum, præpoſito מ. 1.Reg. 15.13, quia fecit מִפְלֶצֶת idólũ luco. Alia forma,præpoſito ת, Irme.49.16, תִּפְלַצְתְּךָ idólum tuũ decepit te.vel ſuperbia tua.Vtroque modo exponit R.D.in lib.rad. Et appellauit ſuperbiã per modum ſubſannationis terrorem, & tremorem,quia ſunt oppoſita ſuperbiæ. Et in commẽ.exponit idólum tuũ.aut idololatria tua.Vel terror tuus,qui iniectus fuerat vicinis tuis,quum omnia tibi ex ſententia ſuccederent, ipſe decepit te. Tharghum, Stultitia tua errare fecit te.

פָּלַשׁ Inuoluere ſe cinere,aut puluere.Solum inuenitur in hithpahál . Irme. 25. 34, Et clamate, וְהִתְפַּלָּשׁוּ & inuoluite vos puluere. Et 6.26, הִתְפַּלָּשִׁי בָּאֵפֶר inuolue te cinere. Iechez.27.30,בָּאֵפֶר יִתְפַּלָּשׁוּ cinere inuoluent ſe.

פֶּלֶשׂ Cum pũcto in ſiniſtro cornu, Vnde מִפְלָשׁ, Extenſio,expãſio: aut Differẽtia,vel Põdus, vt alii exponunt, per mutationẽ literarum à פֶּלֶס pondus. Iiób 37.16, Num cognoſces מִפְלְשֵׁי־עָב expanſiones (aut differentias,vel pondera)nubis?pro nubium. R.Abrahám auẽhezra,põdera:velut פֶּלֶס,vt dictũ eſt.acſi dicat, Nunquid noſti opera nubiũ,quomodo ſint libratæ, & ponderatæ ſtatera, & bilancibus? Et hanc ſequitur R. Moſéh. R.Abrahám Peruſól,differentias,mutationéſque,& expanſiones nubium.

פֶּן Quære in בֵּן.

פִּנָּה Angulus, Vide פִּנֵּן. Nam quanquam vulgò ponatur in radice פנן,quia tamen habet daghés,rectum eſt vt ſit à פִּנֵּן.

פִּנֵּן Vnde פִּנָּה,Angulus. Pſal.118.22, in caput פִּנָּה anguli. Prouerb.7.12, Et apud omnẽ פִּנָּה angulum inſidiabitur. Iiób 38.6, Vel quis iecit lapidem פִּנָּתָהּ an-

guli eius?Prouer.7.8,apud פִּנָּה angulum eius. Ponitur pro פִּנָּתָהּ, inquit R.D.in Michlól,& in lib.rad. Vel eſt alterius ſpeciei abſque ה, ſcilicet פֵּן inſtar קֵן à קִנֵּן,cuius plurale eſt Zechar.14.10,Vſque ad portam הַפִּנּוֹת angulorum. Plurale fœmineũ,Iiób 1.19,Et tetigit quatuor פִּנּוֹת angulos domus. Et quia anguli ſunt fortitudo domus,ideo turres fortes appellãtur פִּנּוֹת.Sepha.1.16,& ſuper הַפִּנּוֹת turres excelſas. Et quia anguli domus fiũt è lapidibus maioribus,Maiores populi,duces,ac principes vocantur פִּנּוֹת.1.Semu.14.38,omnes פִּנּוֹת anguli populi.Sepha.3.6,deſolati ſunt פִּנּוֹתָם anguli earum. Irrede פִּנִּים,Lapides pretioſi,gẽmæ rubeæ. Thren.4.7,Rubicundiores corpore מִפְּנִינִים gemmis rubeis.

פְּנֻג Nomen loci. Secundum Tharghũ eſt genus oleris:ſecundum Ioſephũ eſt balſamum. Iechez. 27.17,Iehudáh,& terra Iſraél ipſi negotiatores tui in frumentis(aut triticis)Minnith,וּפַנָּג & Pannágh,&c.

פָּנָה Aſpicere,reſpicere,Vertere ſe,declinare,Vertere,ſcopare,mundare.Aptare,præparare. Deut. 31.18, Quia פָּנָה reſpexit(vertit ſe,declinauit)ad deos alienos. Irme.6.4,פָּנָה declinauit dies. Cãt.6.1,Quo פָּנָה declinauit dilectus tuus? Leuit.26.9,וּפָנִיתִי & reſpiciam ad vos. Irme.2.27,Quia פָּנוּ verterunt ad me ceruicem, & non faciem. Ieho∫. 15.7, & ad Aquilonem פָּנָה reſpicit.Iechez.8.3,הַפּוֹנֶה quæ reſpicit ad Aquilonem.Ieho∫. 15.2,הַפָּנָה quæ reſpicit ad Meridiem. Chag.1.9,פָּנָה reſpicere(pro reſpiciebatis)ad multũ. Vel reſpicere (ſcilicet veſtrũ)erat ad multũ.Ieche.17.5,לִפְנוֹת vt reſpiciat.Geneſ.24.63,לִפְנוֹת עֶרֶב quũ declinaret veſpera.Et ſic Iudi. 19.26, לִפְנוֹת הַבֹּקֶר dum mane aſpiceret.i. veniente die. Pſal.25.16,פְּנֵה אֵלַי reſpice ad me.Num.14.25,cras פְּנוּ re-

uertimini. Gene.24.49,וְאֶפְנֶה & declinabo ad dexterã, vel ſiniſtram. Exod.2.12,וַיִּפֶן כֹּה וָכֹה & reſpexit huc & illuc.Deut.2.1,וַנִּפֶן & conuerſi ſumus.aut vertimus nos.

Et in hifhíl, Irme.48.39, Quomodo הִפְנָה־עֹרֶף vertit (aut vertere fecit)ceruicem Moáb?Et 49.24,הִפְנְתָה vertit ſe vt fugeret. 1.Semu.10.9,כְּהַפְנֹתוֹ quũ verteret ipſe humerum ſuum. Nachum 2.8,& non erat מַפְנֶה vertẽs ſe.Participium paſſiuũ inſtar מְרֻאָה,ſecundum R.D.in cõment.Iechez.9.2,Veniebant de via portæ ſuperioris מַפְנֶה verſæ ad Aquilonem.Iudic.15.4,וַיִּפֶן & vertit caudam ad caudam. Et in hofhál, Irme.49.8, Fugite, הֻפְנוּ verſi ſunt.aut iuſſi ſunt verti.Non eſt imperatiuũ vt putant multi:quia in hac coniugatione non eſt imperatiuũ.Eſt autem ſenſus,Fugite habitatores Dedán, quia iam verſi ſunt inimici veſtri,vt veniãt aduerſum vos.Eodẽ modo exponit R.D.in cõm. Et in pihél, Aptare, præparare, Euacuare, expurgare,Scopare. Sephan.3.14,פִּנָּה אוֹיְבֶךָ euacuauit inimicum tuum.aut expurgauit.i. abſtulit eum è terra, vt vltrà non eſſet ibi. Tharghũ ſimiliter, פַּלֵּי abſtulit, remouit. Malachi 3.1, וּפִנָּה דֶּרֶךְ לְפָנָי & præparabit viam ante me. Gene. 24.31, וַאֲנִי פִּנִּיתִי הַבָּיִת præparaui domũ. Pſal.80.10,פִּנִּיתָ לְפָנֶיהָ euacuaſti ante illam.aut expurgaſti,& præparationem feciſti ante illam.i.abſtuliſti lapides,hoc eſt impios,ſecundum R.Abrahám, quia non ſtetit quiſpiã ante illam. Ieſah.40.3, פַּנּוּ דֶּרֶךְ יְהוָה parate(expurgate)viã Domini. Hinc פָּנִים,numero tãtumplurali , vt apud nos diuitiæ,eſt Facies: ſic appellata,quòd aſpiciat huc atq; illuc.Et quia ira apparet in facie,nomine פָּנִים appellatur ira,vt infrá.Gene.32.30,Vidi Deum פָּנִים אֶל־פָּנִים facie ad faciem. Et cũ ל,Ante,antea,Prius.Ieho.14.15,Et nomen

men Chebrón,לְפָנִים antea(prius) erat Chiriáth arbáh, Ieſa.41.26,וּמִלְּפָנִים & ab ante.i.ab initio. Et ſic,id quod eſt ante homine:Ieche.2.10,& erat ſcriptum פָּנִים וְאָחוֹר ante,& retro. Iiób 2.7,& egreſſus eſt Sathán מֵאֵת פְּנֵי à facie Domini.Geneſ.25.9,עַל־פְּנֵי ante faciem(vel coram, vel regione)Mamré. Et 18, עַל־פְּנֵי coram omnibus fratribus ſuis cécidit.i. cécidit ſors eius in ſorte fratrũ ſuorum.Item 6.11,לִפְנֵי הָאֱלֹהִים coram Deo. Et 10.9,Et ipſe erat potens venator לִפְנֵי יְהוָה coram Domino.i. offerẽs de venatione ſua corã Domino. Vel dixit corã Domino,ad magnificãdam eius potentiam : acſi dicat, Maximus venator. ſicut dicũtur montes Dei,id eſt maximi,& altiſſimi.Item 27.7, לִפְנֵי מוֹתִי antequam moriar. Et cum מ,Gene.3.8,מִפְּנֵי יְהוָה à facie Domini.Exod.9.11, Et non potuerunt magi ſtare coram Moſeh מִפְּנֵי מֹשֶׁה à facie vlceris.vel propter vlcus. Et 19.18, Et mons Sinái fumabat totus,מִפָּנֵי אֲשֶׁר יָרַד propterea quòd deſcendit ſuper illũ Dominus. Et cum מ & ל ſimul,Ionáh 1.3, vt fugeret Tharſis מִלִּפְנֵי יְהוָה à facie Domini.& idgenus multa, quum tamen מ & ל contrariæ videantur ſignificantiæ: מ enim diſtantiã,ל propinquitatem cõnotat: ſed ſenſus eſt, A facie Domini.i. à loco qui eſt coram Domino:& eſt locus receptionis prophetiæ.Et ſic,A facie Dei Iahacób. Gene.4.5,ceciderũt פָּנָיו facies eius. pro cécidit facies eius. acſi dicat,pudore ſuffuſus eſt, & erubuit.Et 32.20,Placabo פָּנָיו iram eius munere.Deut. 4.37,Et eduxit te בְּפָנָיו in facie ſua. aut,per faciem ſuã. R.D.in lib.ra.per vitam ſuã: acſi dicat,iuraméto ſuo. Et ſic Iiób 21.31,Quis annuntiabit עַל־פָּנָיו דַּרְכּוֹ in vita eius(aut per vitã eius)viam eius?Tharghũ,קֳדָמוֹי coram illo.R.Abraham auenhezra,Senſus eſt,Quis annũtiabit

Universidad de Deusto
Biblioteca

palma manus. Psal. 72.16, Erit פִּסַּת־בָּר particula frumẽti in terra, in summitate montium, tremet sicut Lebanón fructus eius. Vel vola (aut palma) frumenti, secundum R. Ioséph. acsi dicat, Serẽt volam plenã frugibus. Quam expositionem R.D. in cõment. sic explicat, In diebus regis huius erit benedictio in mundo, adeò vt seminaturus sit homo plenam volam frugum, etiam in vertice montiũ, & futuræ sint spicæ bonæ, ac plenæ vsqueadeo vt tremant, vento in eas flante, (sicut arbores Lebanón) fructus eius. sub. volæ. Tharghum, erit סָעִיד לַחְמָא confortans (fulciens) panis in terra. Probat per Danielem R. Ioséph suam expositionem, vbi capite 5.5, scriptũ est, Et rex aspiciebat פַּס יְדָא דִּי כָתְבָא palmã manus quæ scribebat. Et Tharghũ pro, Ecce nubes parua כְּכַף־אִישׁ עוֹלָה sicut vola viri, 1. Reg. 18. 43: habet כְּפִסַּת יַד. R. Selomóh in cõm. Erit abũdantia, additio, & multiplicatio frumenti: Et doctores (inquit) exponũt, de tẽpore Masíach. i. Christi. Alii exponunt, Erit frumentum pro voluntate: quia creaturarum animus explebitur à Deo qui dat abundantiam mundo.

פָּסַס Finire. Psal. 12.2, Quoniã פַּסּוּ finitæ sunt veritates. Vel, finiti sunt fideles. R. Abrahám auéhezra in cõment. excisi sunt fideles. R.D. in cõment. defecerunt, consumpti, finitíque sunt viri veraces, fidelésque. Est enim nomen tóar, secundum R. Abrahám & R.D.R. verò Himmanuél in cóm. dicit, Sunt qui exponunt פַּסּוּ sicut אָפְסוּ finiti sunt: & dicunt deficere א. At rectum est vt sit verbũ geminatum: vt sit sensus, נִתְחַבּוּ excisi sunt è mundo.

פָּסַג Vnde פִּסְגָּה, quod est גִּבְעָה, Collis. Nume. 23.14, ad verticẽ הַפִּסְגָּה collis. Hinc verbũ, pro Ro-

bit illi viã eius, quòd sit ita? ipse facit quicquid vult, & non est qui reddat ei. Potest etiam exponi, inquit R. Dauid, Et eduxit te in ira sua qua iratus est contra AEgyptios. Gene. 43.33, & sederunt לְפָנָיו coram eo. 2. Reg. 6.32, Et dimisit (emisit) virũ מִלְּפָנָיו à facie sua. i. à loco in quo erat coram ipso. Et sic alia huiusmodi exponenda propter מ & ל, vt suprà dictum est. Iiób 1.11, Nisi עַל־פָּנֶיךָ in faciem tuã maledixerit tibi. Vel secundum R.D. in lib. rad. Nisi per vitã tuam. Est enim iurantis, secũdum eius opinionẽ. Exo. 20.3, Non erũt tibi dii alieni עַל־פָּנָי coram me. Vel secundũ R.D. in lib. ra. ad irã meam. i. ad irritandum me, sicut dictũ est Deute. 32.21, Et irritauerunt me in vanitatibus suis. 1. Reg. 6.17, Ipsa est templum לִפְנִי (pro הַפְּנִימִי) intrinsecus. Et vocat illud intrinsecus, quãuis esset extra oraculum, quia erat intra porticum. Vel ponitur pro לִפְנֵי Ante: quia erat ante oraculum. Vel est sicut לְפָנִים antea, vt dictum est de חַלּוֹנָי & חֲשׂוּפִי & חוֹרִי in locis suis. Nomen cũ ה redundante, quia est dictio lõga: vt Psa. 45.14, Tota inclyta filia regis, פְּנִימָה intrinsecus. sub. manet. Est sicut בִּפְנִים. 1. Reg. 6.18, Et cedrus pro domo פְּנִימָה intrinsecus, depicta, &c. i. & tabulæ cedrinæ quibus tegebatur domus intrinsecus, depictæ erant, &c. Tóar, Iechez. 41.15, Et tẽplum הַפְּנִימִי interius. Et 17, vsque ad domũ הַפְּנִימִי interiorem.

פָּנַק Delicate nutrire. Semel inuenitur in Sacris, idque in pihél. Prouer. 29.21, מְפַנֵּק מִנַּעַר עַבְדּוֹ qui delicate nutrit à pueritia seruũ suum, &c. Vnde Tharghum pro, dabit מַעֲדַנֵּי־מֶלֶךְ delicias regis, Genesis 49. 20: habet תַּפְנוּקֵי מַלְכִּין. Et idem, pro וְהֶעָנוֹג & delicatus, Deuter. 28.54: habet מְפַנֵּק.

פַּס Multicolor. Gene. 37.3, Et fecit ei tunicã פַּסִּים multorũ colorũ. Hinc פִּסָּה, Pars, particula, Vola, aut

borare, munire, in pihél. Pſa.48.14, פַּסְּגוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ robo-
rate (munite) palatia eius. R.Selomóh, exaltate palatia
eius. R.Abrahám auenhezra, Aſpicite palatia eius, quæ
ſunt veluti colles. R.Himmanuél, Videte palatia eius
quæ ſunt fortia ſicut collis.

פָּסַח Trāſire, Claudicare. Exo.12.27, qui פָּסַח trāſiuit.
Et 13, וּפָסַחְתִּי & trāſibo iuxta vos. Ieſah.31.5, פָּסוֹחַ
trāſeundo, & eripiendo. vel trāſiliendo, ſaltādo: quia ſal
tauit angelus ſuper Ieruſaláim, quando venit vt perde
ret caſtra AEgyptiorum. 1. Reg. 18.20, Vſquequo vos
פֹּסְחִים claudicatis in duas (aut inter duas) cogitationes?
quia ſcilicet nō permanetis, neque eſtis ſtabiles in vna
ex illis, ſed ſaltatis ſuper vtrāque, ait R.D.in li.ra. Et
in niphál, 2.Sem.4.4, cecidit, וַיִּפָּסַח & claudus effectus
eſt. Et in pihél, 1.Reg.18.26, וַיְפַסְּחוּ & trāſiliebāt (ſalta-
bant) ſuper altare. Tóar, Leui.21.17, Vir cæcus, vel פִּסֵּחַ
claudus. Nomen, פֶּסַח, Péſach, quod nos paſcha dici-
mus. Exo.12.43, hoc eſt ſtatutum חֻקַּת הַפָּסַח ipſius péſach. 2.
Paral.30.17, ſuper immolatione הַפְּסָחִים paſchatum. Et
35.8, Et ſacerdotibus dederunt לַפְּסָחִים pro paſchatibus.

פָּסַל Dolare, Sculpere. & dicitur tam de lapidibus,
quàm de lignis. Chab.2.18, Quid prodeſt פֶּסֶל כִּי
פְּסָלוֹ יָצַר ſculptile, quia ſculpſit illud plaſmator illius?
Exo.34.1, פְּסָל־לְךָ שְׁנֵי־לֻחֹת אֲבָנִים dola tibi duas tabulas la-
pideas. Deuter.10.3, וָאֶפְסֹל & dolaui, &c. Nomen, פֶּסֶל,
Sculptile. Exod.20.4, Non facies tibi פֶּסֶל ſculptile. Ie-
ſah.42.17, qui confidunt בַּפֶּסֶל in ſculptili. 2.Paralip.33.
22, & omnibus הַפְּסִילִים ſculptilibus. Irme. 50.38, terra
des, Lapicidina. Iudi.3.19, Et ipſe reuerſus eſt מִן־הַפְּסִילִים
à lapicidinis. Sic verſu 26.

פָּעָה Clamare. Ieſah. 42. 14, Tanquam parturiens
אֶפְעֶה clamabo. אֶפְעֶה ſerpentis genus, require
in אֶפְעֶ, licet ponatur & in hac radice à R.Dauid.

פָּעַל Operari. Deuter.32. 27, פָּעַל כֹּל־זֹאת operatus eſt
omne hoc. Ieſa.26.12, omnia opera noſtra פָּעַלְתָּ
לָנוּ operatus es nobis. Pſal.119.3, אַף לֹא־פָעֲלוּ etiam non
operati ſunt iniquitatem, in viis eius ambulauerunt.
quod R.Abrahám exponit, Etiā iis qui non ſunt ope-
rati iniquitatem, reputabitur quòd ambulauerint in
viis eius. R.D. nonnullos exponere ait, quanto magis,
acſi dicat, Si ſeruauerint teſtimonia tua. i. præcepta tua
affirmatiua: quanto magis obſeruabūt vt nō operētur
iniquitatē quæ ſunt præcepta negatiua, ſed ambulabūt
in viis eius? Deinde refert expoſitionem R.Abrahám,
quam ſcribit non eſſe rectā, iuxta id quod ſcriptum eſt
Pſal.34.14, Recede à malo, & fac bonum: quia non erit
perfectus homo, ſi auertatur à malo, niſi etiam faciat
bonum. Sic etiā interpretatur R.Himmanuél, dicens,
Etiam ſi non ſunt operati iniquitatē tranſgrediendo
præcepta negatiua, non tamen ſat eſt hoc, ſed oportet
vt in viis eius ambulent faciendo bonum. Poteſt ad-
huc & hoc modo exponi, inquit R.Dauid in cōment.
Quū Dominum toto corde requiſierint, fidunt, quia
nō ſunt operati iniquitatem, quia nunquam contigit
eis aliqua præuaricatio, ſed omnibus diebus vitæ ſuæ
in viis eius ambulauerunt. Pſal.15.2, וּפֹעֵל צֶדֶק & operans
iuſtitiā. Iiób 7.20, quid אֶפְעַל־לָךְ operabor tibi? Nomē,
פֹּעַל, Opus. Pſal.9. 17, בְּפֹעַל in opere manuum ſuarum.
Iiób 7.2, פָּעֳלוֹ opus ſuū. Et cum chólem præter normā,
Irme. 22.13, וּפָעֳלוֹ & opus ſuum (.i. mercedē operis ſui)
non dabit illi. Sed R. Ioſéph ſcripſit non eſſe nomen,

sed verbũ,id est,Et quod operatus est cum illo non dedit ei.i.mercedem illius.Et hæc expositio est recta,inquit R.D.1. Paral.11.22,magnus פְּעָלִים operibus.Est instar רַמַּח à בְּקָרִים,& בָּקָר à. Fœmineũ,פְּעֻלָּה,Opus. Et in regimine, Leui. 19.13, non morabitur פְּעֻלַּת opus mercennarii tecũ. Irme.31.16, est merces לִפְעֻלָּתֵךְ operi tuo.Psal.17.4,לִפְעֻלוֹת propter opera hominum. Alia forma,מִפְּעָל. Prouer.8.22,ante מִפְּעָלָיו opera sua.Et fœmineum,Psal.46.9,מִפְּעֻלוֹת.

פָּעַם In nif hál,& hithpahál est Conterere, siue contundi,aut conteri, aut contritum & cõtusum esse.Psal.77.5,נִפְעַמְתִּי cõtritus fui,& non loquar. R.D. in comment. Vigilo in nocte, & cogito de meis afflictionibus:& mane sum cõtritus,ita vt loqui nõ valeã. Idem R.Abrahám. Tharghum similiter, אִיטַּרְפִית contritus sum.Dani.2.3,וַתִּפְעָם רוּחִי & contritus est spiritus meus. In hithpahál, Dani.2.1, וְתִתְפָּעֶם רוּחוֹ & contritus est spiritus eius. Et macór in cal,Iudi.13.25,Et incœpit spiritus Domini לְפַעֲמוֹ conterere eum. Exponit R.Dauid.incœpit prophetia venire illi vice prima:vel cõterere,& cõtundere illum.Prior expositio,à פַּעַם vice: altera à פָּעַם conterere. Doctores Hebræorum deducũt (vt inquit R.D.) à פַּעֲמוֹן tintinnabulũ.i. pulsare eum, & quasi tinnitũ facere illi.Vnde sic exponunt,Et spiritus prophetiæ pulsabat(aut tinniebat)ante illum sicut tintinnabulũ. Et פַּעַם,Vicem significat. Iehos.6.3,circundando vrbem פַּעַם אַחַת vice vna. Genes.18.32,& loquar,verum tantũ הַפַּעַם semel.Nume.24.1,& non amcurauit se super terram פְּעָמִים שֶׁבַע septẽ vicibus.Duale,Num.20.11, & percussit petram virga sua פַּעֲמַיִם bis.

פַּעַם quoque est Pes.Ieche.41.6,Triũ & triginta פְּעָמִים pedum.Psalm.74.3,eleua (aut eleuare fac)פְּעָמֶיךָ pedes tuos ad contritiones in sæculũ. i. in sæculũ duraturas. Vel ad conterendũ &c.Vel,eleua contritiones tuas:aut malleos tuos, vt nonnulli exponunt, inquit R.D. in lib.rad. Et in comment. exponit רַגְלֶיךָ pedes tuos: referens alios exponere,malleos tuos.R. Menachém,R. Selomóh, & R. Himmanuél,contritiones tuas, terrorésque tuos.Psalm.58.11,פְּעָמַי pedes suos.2. Reg.19.24, planta פַּעֲמֵי pedum meorũ. Plurale fœmineum, pro Angulis,1. Reg.7.30, Et quatuor פַּעֲמֹתֶיהָ anguli eius.

Est & פָּעַם,Contritio: vel Malleus quo aliquid conteritur. Iesah.41.7, אֶת־הַחוֹלֵם פָּעַם cum percussione contritionis.R.D.in lib.ra.cũ cõtritione percussionis,aut cũ percussione contritionis:vel mallei,& ita habet Tharghũ,בְּקוּרְנַסָּא malleo.scilicet paruo.Et in cõm.mollificá tem malleum ad percussionẽ incúdis, id est ad percutiendum cum illo bracteas super incûdem.& אֶת est loco ל.Tharghum,aurificem percutientem malleo,sub. grandi,cum percussione mallei. sub.parui. Et ita mos est artificis vt à principio percutiat grandi malleo, & postea paruo. Et à percussione vocatur פַּעֲמֹן tintinnabulum.Exo.28.34,פַּעֲמֹן זָהָב tintinnabulum auri.

id ait Iechez.11.19, Remouebo cor lapideũ de carne ve-
stra, & dabo vobis cor carneũ. 2.Semu.3.25, quia לְפַתְּתְךָ
ad persuadendũ tibi venit. Iudic.14.15, פַּתִּי אֶת־אִישֵׁךְ per-
suade viro tuo. 1.Reg.22.21, אֲפַתֶּנּוּ persuadebo illi. Psal.
78.35, וַיְפַתּוּהוּ & blanditi sunt (suaserũt) illi ore suo. Et
in puhál, Ieche.14.9, quum יְפֻתֶּה persuasus fuerit. Pro-

so. Et cõparauit פֹּתֶה stulto, quia vtplurimum est stul-
tus. R. Moséh in cõm. Eũ qui affligit seipsum, quia viæ
suæ non prosperè cedunt, omni tẽpore interficiet ira.
קִנְאָה enim & כַּעַס ira, vnũ sunt vbiq;. Prou.26.19, וּלְפֹתֶה
שְׂפָתָיו & declinanti (sub. ad te) labiis suis (deficit ב) ne
misceas te. i. & cum declinante ad te labiis suis, & ver-
bis suis blandis, cuius cor non est tecũ, ne habeas com
mercium. Sunt tamen (inquit R.D.) qui exponunt se-
cundum alteram huius verbi significantiam, nempe,
Et cum dilatante os suũ ad loquendum verba vana, &
opprobria aduersum homines, ne misceas te. Vel quia
dixit, Qui reuelat secretum, ambulat fraudulẽter: sub-
iungit, Et cum dilatãte labia sua, & reuelante secretũ,
ne misceas te cum illo. Tharghũ, Et cum blandiẽte la-
biis suis, ne misceas te. R. Abrahám auẽhezra, Et blan-
diẽti ne misceas te: quia reuelabit secretũ tuum, & est
fraudulẽtus. Hose.7.11, & fuit Ephráim sicut columba
פּוֹתֶה אֵין לֵב declinás absq; corde. i. quæ declinat ad escã,
& non est ei cor, vt intelligat & cõsyderet quòd ad ca-
piendam illam rete expansum sit, quum declinauerit
ad cibum: sic Ephráim declinauit ad illos ad quos tra-
hebat eius desiderium, ad AEgyptũ, ad Assúr, vt quæ-
reret auxilium: & non erat ei cor ad intelligendum,
sciendúmque quòd omniũ creator ruere faceret eos, si
ab altero auxilium quærerẽt. Et hoc est quod dixit se-
quenti versu, Quum iuerit, expandam rete meũ super
eos &c. Eodem modo exponit R.D. in cõment. Iiób 31.
27, וַיֶּפֶת בַּסֵּתֶר לִבִּי & declinauit in occulto cor meũ. ב in
בַּסֵּתֶר est daghessatum, vt habent libri emendati & cor
recti, inquit R.D. in Michlól: & sic nõ est maccáph in-
ter ipsam & præcedentem dictionẽ: & פ & ת sunt cum

uet.25.15, longanimitate יִפְתֶּה perſuadebitur princeps.
Et in hifhíl, Geneſ.9.27, יַפְתְּ אֱלֹהִים לְיֶפֶת dilatet Deus lépheth. perfectũ eſt יִפְתֶּה. Et in hac ſignificãtia Tharghũ frequenter vtitur hoc verbo. Tóar, פֶּתִי, Simplex, qui credens omnibus, perfacile ſuadetur, qui declinat & flectitur ad omne verbum. Pſal.19.8, ſapientem efficiens פֶּתִי ſimplicem. Prouerb.1.21, vſquequo פְּתָיִם ſimplices diligetis פֶּתִי ſimplicitatẽ? Idem verſu 31, eſt abſque א cum י, quod eſt vice radicalis tantum. Interdum tamen eſt cum duplici י, priori, radicali: altero, ſigno multitudinis. Et cum א, Prouerb.8.5, פְּתָאִים ſimplices. Et cum א quieſcente, & י moto, vt Pſal.116.6, פְּתָאִים, vbi א quieſcens non eſt radicale, aut vice literæ radicalis, quia י motum eſt vice radicalis, & י ſignum multitudinis deficit. Nomen ſecundum formã tóar, פֶּתִי, inſtar פְּרִי. Prouerb.1.21, vſquequo ſimplices diligetis פֶּתִי ſimplicitatem? Alia forma, Prouerb.9.13, Mulier ſtultitiæ, tumultuatur: פְּתָיוּת ſimplicitatis (ſub. mulier,) & nó nouit quicquam. Et quia ſimplex celeriter omnia operatur, quia nihil habet penſi: à פֶּתִי deducitur dictio פִּתְאֹם quæ celeritatem notat, Mox, repente, ſtatim. inſtar שִׁלְשֹׁם. Et א eſt loco ה vltimæ radicalis: ם verò redũdat. & omnia ſunt ſine ו, præter vnum quod eſt Pſal. 64.8, Et ſagittauit eos ſagitta פִּתְאֹם ſubito. Interdum & cum alia dictione idem ſignificante iungitur, vt habes Ieſah.30.13, פִּתְאֹם לְפֶתַע ſtatim repente.

פָּתַח Aperire, Soluere, Euaginare, Sculpere, Pingere. Ieſah.50.5, Dominus פָּתַח־לִי אֹזֶן aperuit mihi aurem. Pſal.37.14, חֶרֶב פָּתְחוּ Gladium euaginauerũt impii. Irme.13.19. פָּתַח aperiens. Nume.19.15, פָּתוּחַ apertum. Deuter.15.8, פָּתֹחַ תִּפְתַּח אֶת־יָדְךָ לוֹ aperiendo aperies

manum tuam illi. 2.Reg.13.17, פְּתַח הַחַלּוֹן aperi feneſtrã. Ieſah.41.18, אֶפְתַּח עַל־שְׁפָיִים נְהָרוֹת aperiam in excelſis flumina. Hamós 8.5, וְנִפְתְּחָה־בָּר & aperiemus frumentum. i. horrea frumenti. Et in nifhál, Ieſa.5.27, & nó יִפָּתֵחַ ſoluetur cingulum. Iechez. 1.1, נִפְתְּחוּ aperti ſunt cæli. Ieſah.51.14, feſtinauit ligatus לְהִפָּתֵחַ vt ſolueretur. Iiób 12.14, claudet virũ, & non יִפָּתֵחַ aperietur ei. Vel, incarcerabit virum, & non ſoluetur. ſub. à vinculis ſuis, ſecũdum R.Dauid & R.Moſéh. Et in pihél, Iiób 30.11, Quia פִּתַּח יִתְרוֹ פָּתַח funem meũ (vel ſuum. eſt enim duplex lectio) ſoluit. Cant.7.12, ſi floruit vitis, פִּתְּחָה הַסְּמָדַר aperuit(ſoluit)ſe vua minuta. Eſt intranſitiuũ: quãquam ſunt qui putant (inquit R.D.) chiríc eſſe loco ſúrec, & eſſe ex puhál paſſiuo. i. aperta eſt. 2.Para.3.7, וּפִתַּח כְּרוּבִים & pinxit cherubim in parietibus. Pſal. 30. 12, פִּתַּחְתָּ שַׂקִּי ſoluiſti ſaccũ meũ. Et 116.16, פִּתַּחְתָּ לְמוֹסֵרָי ſoluiſti vincula mea. ל redundat, inquit R.Abrahám. Exod. 28.9, וּפִתַּחְתָּ & ſculpes in eis nomina filiorũ Iſraél. Ieſah. 60. 11, וּפִתְחוּ & apertæ erunt portæ tuæ iugiter. Eſt intranſitiuum, inquit R.D. Vel eſt ex puhál, & chiríc eſt loco ſúrec, vt dicunt nonnulli, inquit R.Abrahám & R.D. Et ſic Ieſah.48.8, non פָּתְחָה fuit aperta auris tua. Et ſic eſt communis grammaticorũ opinio: ſed prius eſt magis rectum, inquit R.D. Zecha.3.9, ecce ego פִּתֻּחָהּ פִּתְחָהּ cælo cælaturã eius. aut ſculpo ſculpturam eius. Vel ſecundũ R.D. in lib.rad. ſoluo: acſi lapis fuiſſet in vinculis omnibus diebus quibus ceſſauerũt ab opere, & modo ſoluiſſent eum ac poſuiſſent in ædificio. Sed prioré expoſitionem rectã eſſe ſcribit. Et quia perfectio diſpoſitionis lapidis pulchri, ſunt picturæ, flores, poma quæ ſculpuntur, & pinguntur in illo, ideo metaphorice di-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtium contra oſtium. Gene.38.14,& ſedit בְּפֶתַח in oſtio Henáim quod erat iuxta viá Timnáth. Vide עַיִן in dua li. Et 19.6,& egreſſus eſt ad eos Loth הַפֶּתְחָה ad oſtium. Eſt enim ſicut לְפֶתַח. Proue.8.3. in introitu פִּתְחֵי oſtiorum. Ieſah.13.2, & ingrediantur פִּתְחֵי oſtia principum, R.Ionáh,gladii. Micháh 5.6,& terram Nimród בְּפִתְחֵיהָ in gladiis eius. Ab euaginando ita gladius appellatur.

Alia forma,פִּתְיָחָה,Gladius. Pſal.55.22,& ipſa(ſub.ver ba ſunt) פִּתְיְחוֹת gladii. Alia item , פִּתּוּחַ, Sculptura, פִּתּוּחִים ſculpturæ. Exo.28.11, פִּתּוּחֵי ſculpturis ſigilli ſcul pes duos lapides.

פָּתַל Peruertere,Luctari,Conari. In nifhál, Geneſ. 30.8, נִפְתּוּלֵי אֱלֹהִים נִפְתַּלְתִּי luctationibus (aut conatibus) maximis luctata ſum cũ ſorore mea. vt ſcilicet ſuperarem illã. Nomen enim אֱלֹהִים eſt additũ augendi gratia. R.D.in lib.rad.exponit, נִפְתַּלְתִּי וְנִשְׁתַּוֵּיתִי verti me,(more ſcilicet luctantis)& conatum feci cum ſorore mea vt illã vincerem,& etiam inualui. Sunt qui deducunt à פְּתִיל quod eſt filũ retortum , quod eſt fortius. acſi dicat, נִחַזְקְתִּי roboraui me. Tharghũ , Suſcepit Dominus poſtulationem meam. R.Menachém filius Serúc (vt ſcribit R.Selomóh) exponit, Coniunctionibus Dei (.i.quæ ſunt à Deo) coniuncta ſum cũ ſorore mea merendo filios. Et hæc etiã interpretatio deducitur à פְּתִיל filo torto,& duplicato. Ipſe verò R.Selomóh exponit,conatibus multis conata ſum cũ ſorore mea, vt eſſem æqualis illi. Hæc autẽ interpretatio deducitur à פָּתַל peruertere,ſubuertere:quòd qui cũ altero luctatur,(vt inquit R.Abrahám)vt vincat,quærit ſubuertere illũ alterũ vt ruere faciat ipſũ . Et נַפְתּוּלֵי eſt nomen ex nifhál. Et dixit Dei,(ſecundum eundẽ R.Abrahám)

xit:Ecce &c. acſi dicat, Perficio ædificium ſecundũ omnem diſpoſitionẽ eius. Idẽ ſcribit in cõment. Exo.39.6, מְפֻתָּחוֹת ſculptos ſculpturis ſigilli. Ieſah.58.6, פַּתֵּחַ חַרְצֻבּוֹת ſolue colligationes impietatis. Vel eſt macor, ſoluere, vel vt ſoluãt. Pſal.105.20, וַיְפַתְּחֵהוּ & ſoluit eũ. Et in hithpahál, Ieſah.52.2, הִתְפַּתְּחִי ſolue te à vinculis colli tui. intranſitiuum ſecundũ omnes grãmaticos. Et ab aperiendo dicitur nomen מַפְתֵּחַ, Clauis. Ieſah.22.22, & dabo מַפְתֵּחַ clauem domus Dauid. 1. Paral.9.26, & ipſi ſuper הַמַּפְתֵּחַ clauem. Vel aperturã, aut apertionem. i. conſtituti ad aperiendũ portas ſingulo mane. Et in regimine, cum chiric, ſecundũ R.D.in lib.rad.Prouerb. 8.6, וּמַפְתַּח & apertio. Alia forma, Iechez.29.21,& tibi dabo פִּתְחוֹן־פֶּה aperturam(aut apertionẽ)oris in medio eorũ. i. in medio Iſraél, quia videbunt prophetias tuas veras factas. Alia forma,פֶּתַח cũ ſéri, Apertio. Pſa.119. 130, פֶּתַח דְּבָרֶיךָ apertio verborum tuorũ illuminabit. Et iuxta hoc exponunt nonnulli illud Prouerb.17.18, qui exaltat(eleuat) פִּתְחוֹ apertionem ſuã, quærit contritionẽ. Acſi dicat, Qui loquitur magna cõtra homines. Et ſic eſt expoſitũ à doctoribus Hebræorũ. Ita etiã exponit R.D.in lib.rad. deducens à פֶּתַח cum ſerí. Ibidẽ deriuãs à פֶּתַח cum ſeghól, exponit, Qui exaltat פִּתְחוֹ oſtiũ ſuũ, quærit contritionem. Acſi dicat, Qui rebus magnis vacat, iuxta illud quod dicunt doctores, Omnis qui vacat ædificiis, depauperatur. Michàh 7.5, ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi פְּתְחֵי־פִיךָ aperturas(apertiones) oris tui. Exponit R.D.in cõment. Ab vxore tua opus eſt vt cuſtodias apertiones oris tui: quia ſi locutus fueris malum contra ſocium tuum ante illam, reuelabit illud.

Aliud,פֶּתַח,cum ſeghól. Iechez. 40.13, פֶּתַח נֶגֶד פֶּתַח oſtium

acſi dicat, Quia ad honorem Dei dedi ancillam meã. Vel, quia Dominus adiuuit me in luctatione mea.

Proue.8.8, Non eſt in eis נִפְתָּל prauũ. aut peruerſum. Iob 5.13, & conſilium נִפְתָּלִים peruerſorum. Nomen, נִפְתּוּל, Peruerſitas, Lucta, Conatus, vt dictum eſt. Et in hithpahál, Pſal.18.27, Et cũ peruerſo תִּתְפַּתָּל peruerſus eris. Et 2. Semu.22.27, & cum peruerſo תִּתַּפָּל peruerſus eris. pro תִּתְפַּתָּל inquit R. Dauid. tranſlata eſt enim ſecunda radicalis in primam. i. ת poſitũ eſt ante פ. Venit autẽ hoc modo vt eſſet ſimilis præcedentibus verbis תִּתַּמֵּם תִּתַּבָּר. Et exponit in cõment. adduces ſuper eum ſecundũ viam ſuã peruerſam. Et ſic Prouer.3.34, Deridet ipſe deludet. i. adducet ſuper eos vt cadant ſecundum deluſionẽ ſuam. Tóar geminatum, Deuter.32.5, Generatio praua וּפְתַלְתֹּל & peruerſa. Hinc פְּתִיל, Fluctum panni paruũ. Nume.19.15, & omne vas apertum quod non eſt עָמִיד פְּתִיל עָלָיו coniunctũ fruſtum panni ſuper eo. Et ſimile eſt illi in verbis Hammiſnáh, Super quo nõ eſt פְּתִילַת חָבֶר fruſtũ paruum panni. Et ſic ſecundũ opinionem meam (inquit R.D.) illud Gene.38.18, & dixit, Annulum tuũ וּפְתִילֶךָ & pallium tuũ. vel tegmen quod eſt ſuper caput tuum. Et ſic habet Tharghũ, וְשׁוּשְׁיפָךְ & pallium tuũ. aut veſtem tuã. Significat etiam Filũ duplicatum, & tortũ: & ſic dicunt Hebræorum doctores, quod פְּתִיל eſt filũ netum, ac tortũ. Exod.28.37, & pones eam עַל פְּתִיל תְּכֵלֶת in filo retorto hyacinthino. Iudi.16.9, quemadmodum rumpitur פְּתִיל הַנְּעֹרֶת filum ſtuppæ. Exo.39.3, & abſcidit פְּתִילִים fila. Gene.38.25, וְהַפְּתִילִים & pallia. vel veſtes, aut fila.

פֶּתֶן Aſpis. Pſal.58.5. Ieſah. 11.8, ſuper foramen פֶּתֶן aſpidis. Deute.32.32, & venenum פְּתָנִים aſpidum

crudele. Hinc מִפְתָּן, Limen infernum quod calcatur. Sepha.1.9, & ſuper omnẽ ſaltantem ſuper הַמִּפְתָּן limẽ.

פֶּתַע Mox, ſtatim, protinus, repente. Prouerb.6.15, פֶּתַע mox conteretur. Num.6.9, בְּפֶתַע repente. Ieſah.29.5, לְפֶתַע.

פָּתַר Interpretari, exponere, declarare ſomnia. Gene.41.12, Vnicuique ſecundum ſomniũ ſuum פָּתַר interpretatus eſt. Nomen, Gene.41.11, כִּפְתַרּוֹן ſecundum interpretationem ſomnii ſui. Et 40.12, Hæc eſt פִּתְרוֹנוֹ interpretatio eius. Et 8, nónne Dei ſũt פִּתְרֹנִים interpretationes?

DICTIONES QVADRATAE.

פִּלֶגֶשׁ Ancilla vnita viro abſque ſcriptura (i. contractu) & ſponſalibus, vera tamẽ vxor in Satcris literis, vt palàm eſt de Cheturáh quæ appellatur vxor Geneſ.25.1, & addidit Abrahám, & accepit vxorẽ, & nomen eius Cheturáh: & peperit ei Zimrán &c. & ramẽ verſu 5, dicitur, Et dedit Abrahám omnia quæ erãt ſibi, ipſi Iſchac: & filiis הַפִּילַגְשִׁים concubinarũ quæ erant Abrahám, &c. munera. Et 1.Paral.1.32, & filii Cheturáh פִּילֶגֶשׁ cõcubinæ Abrahã. 1.Reg.11.3, וּפִילַגְשִׁים & cõcubinæ trecentæ. Iechez.23.20, & adamauit עַל פִּלַגְשִׁיהֶם ſeruos eorũ quorũ membrũ (virile) vt membrũ aſinorũ eſt, vt exponit R.D. in lib.rad. Sed poſtea ſic ſcribit, Et rectũ eſt in oculis meis vt exponatur concubinas (aut pellices) eorum. Vel, cũ pellicibus eorum. עַל enim ſecundũ ipſum, eſt ſicut עִם. Acſi dicat, Adeò eos adamaſti vt facta ſis eis vt illorum pellices. Et in cõment. Expoſitores, inquit, exponunt, ſeruos eorum: quia פִּלַגְשִׁים hoc loco ſunt viri, non mulieres: & hoc oſtendit quod ait,

Universidad de Deusto Biblioteca

nomen loci:acſi dicat,Et egreſſus eſt(ſub.Ehúd)in Par
ſedón.Vel,egreſſus eſt ad locum manſionis equitum,
vt dicitur in cõment. Et נ & ה redundant, ſicut נ & ה,
in מִסְדְּרֹנָה.Vel vtrunque, נ ſcilicet & ה, ſunt formatiua
nominis tóar fœminei, ſicut in רִאשׁוֹנָה אַחֲרוֹנָה:quan-
quam ſecundũ normam ſit breue,ſi ה ſit ſignũ fœmi-
neum. Sed ſecundũ Tharghum eſt ſicut פֶּרֶשׁ, ſtercus,
& ד redundat. acſi dicat, Infixo gladio in eius ventre,
ſtercus egreſſum eſt de vẽtre ipſius. Et ſecundum eius
verba videtur dictio compoſita ex פֶּרֶשׁ ſtercus, & שְׁדוֹנָה
à שְׁדָה effundere.Sic enim habet,Et egreſſum eſt אוּבְלֵיהּ
שְׁפִיךְ ſtercus eius effuſum.

פַּרְשֵׁז Eſt ſicut פָּרַשׂ,Expandit,ז redundante.Iiob 26.
9, פַּרְשֵׁז עָלָיו עֲנָנוֹ expandit ſuper eum nubem
ſuam.Et ſunt qui dicunt dictionem compoſitã ex tri-
bus, ſcilicet פָּרַשׂ שַׁדַּי זִיו expandit Omnipotens ſplendo
rem ſuum.R.Abrahám dicit,Non habet ſocium,& eſt
פָּרַשׂ expandit.Tharghum,Expandit ſicut cortinam ſu
per eum nubem gloriæ ſuæ.R.Leuí,Expandit &c.

פַּרְתָּם Vnde פַּרְתְּמִים, Principes magni, vel duces
qui ſũt trãs flumẽ פְּרָת Euphratis. Vide פְּרָת.

פַּתְגַּל Vnde פְּתִיגִיל,Faſcia pectoralis. Ieſah.3.24, Et
pro פְּתִיגִיל faſcia pectorali cingulũ ſacci.R.D.
in lib.rad.ſcribit genus eſſe veſtis,quam induebant ad
gloriã & decorem, quæ vocatur אלגלאלא. Sunt qui ex-
ponunt cingulum quo ſe accingebant mulieres,quod
vocant יצילא. Idem in comment. pro cingulo ſericeo
lato.R.Abrahám,pro veſte tenui,ac ſubtili quæ pone-
batur ſuper omnes veſtes.

פַּתְשֶׁגֶן Exẽplar alicuius ſcripturæ. Nõ eſt Hebræa
dictio,ſed Aramæa:vnde nõ inuenitur niſi

Quorum membrũ &c.Sed hoc non obſtat, quia caro,
i.membrum,dicitur etiam de muliere, vt habes Leui.
15.18, erit fluxus eius בִּבְשָׂרָהּ in carne eius. Vnde expo-
nit vt in lib.rad.cum pellicibus eorum.

פַּעְנֵחַ Nomen tóar,מְגַלֶּה,Reuelator. Gene.41.44,
Et vocauit Parhóh nomen Ioſéph צָפְנַת פַּעְנֵחַ
occulti reuelatorem. Et eſt inſtar פַּרְשֵׁז. Alii dixerunt
eſſe præteritum ex pihél, & פ debuiſſe ſcribi cũ chiríc
ſecundũ normam.Et poetæ flectunt ipſum per omnes
modos, & tempora. Alii nomen dixerunt eſſe AEgy-
ptium.Hæc R.D.in lib. rad. R.Abrahám in cõment.
Si ſit dictio AEgyptia, neſcimus eius ſignificantiam.
Tharghum,Et vocauit eum,virum cui abſcõdita,ſunt
reuelata. R.Selomóh,expoſitorem abſconditorum.&
non habet ſimile in Scriptura.

פַּרְבָּר Nomen domus.1.Paralip.26.18,לַפַּרְבָּר ad do
mum inſtrumentorum &c. duo לַפַּרְבָּר pro
domo(.i.per ſingulas domos)inſtrumentorum.

פַּרְדֵּס Hortus domeſticis arboribus conſitus, po-
mariũ.Cant.4.13,פַּרְדֵּס paradiſus malorũ pu-
nicorũ.Eccle.2.5,feci mihi hortos וּפַרְדֵּסִים & paradiſos.

פַּרְוָר Eſt מִגְרָשׁ, Suburbium, Suburbanus locus. 2.
Reg.23.11, ad cubiculũ Nethanmélech eunu-
chi qui erat בַּפַּרְוָרִים in ſuburbanis.i. qui erat præpoſi-
tus ac præfectus ſuburbanis vrbium atque villarum,
Et ſic doctores Hebræorum, ſuburbanũ vocant פַּרְוָרָה.
Et Iechez.27.28,pro,Et contremiſcent מִגְרָשׁוֹת ſuburba
na:Tharghum Ieroſolymitanum habet פַּרְוָרַיָּא.

פַּרְעֹשׁ Pulex. 1. Semu. 24. 15, poſt פַּרְעֹשׁ אֶחָד puli-
cem vnum. Idem 26.20.

פַּרְשָׁד Vnde illud Iud.3.22,Et egreſſum eſt הַפַּרְשְׁדֹנָה
ſtercus.Sed ſecundũ R.Dauid in lib.rad.eſt

in libris captiuitatis. Eſter 3.14, פַּתְשֶׁגֶן הַכְּתָב exẽplar ſcri pturæ,vt ponatur lex &c. Et Deuter.17. 18, pro,ſcribet ſibi אֶת־מִשְׁנֶה exemplar(ad verbum,duplũ) legis: Tharghum habet,פַּתְשֶׁגֶן exemplar,ſiue deſcriptionem legis.

צ



Eſt litera radicalis: ſed hoc habet peculiare,quòd in hithpahál,pro ת habet ט.

צְאֵל Arbor,virgultũ,ſiue germẽ magnũ iuxta aquam aut lutũ,magnã reddẽs vmbrã. Iob 40.16,ſub צְאָלִים arboribus vmbriferis cubabit? Et 17,circũdabũt eũ צְאָלִים arbores vmbriferæ vmbra ſua? Hic idẽ geminatur, Circundabunt eum arbores vmbriferæ:&,arbores vmbriferæ ſunt vmbra eius. Et verſus ipſi exponuntur admirative,ſic,Num ſub arboribus &c. Num circundabunt &c. Acſi dicat,Nequaquam. quia præ multitudine magnitudinis eius non dormit ſub arboribus vmbriferis, neque vnquam arbores vmbriferæ circundant illum.

צְאֵן Pecus, Vide צון. nam א redũdat.

צֶב Operimentum lecticæ, aut currus quo deferuntur homines ſupra dorſum animalium, aut iumentorum. Nume.7.3,& attulerunt ſex עֶגְלוֹת צָב plauſtra operimenti.i.operta.& dictio עֶגְלוֹת eſt in regimine. Tharghum Ieroſolymitanum habet,ſex plauſtra מְזוּגָן ſocia ta,ſiue biiuga. Acſi dicat,vnicuique plauſtro fuiſſe par boum trahens illud. Et rectum eſt vt exponatur, ſpecies animalium. Ieſah. 66.20, & in curru וּבַצָּבִים plauſtris opertis. Sic etiam R. Abrahám. Eſt & ſpecies reptilis. Leuit.11.29, וְהַצָּב & crocodilum. ita quidã vertũt.

צָבָא Exercitus,Finis,Tempus determinatum. Pfal. 68.12, צְבָא רָבִּים exercitus magnus. Iob 7.1, nónne

צָבָא tempus determinatum eſt homini ſuper terram? Danie.10.1, וְצָבָא גָּדוֹל & exercitus magnus. ſcilicet appa ruit ei,vt R. Abrahám. Vel,tempus magnũ,vt R. Dauid. Alii(inquit idem)exponũt,voluntas: ex Tharghũ, in quo צָבָא eſt velle. Et cum ה vice א, Zechar.9.8, מִצְּבָה ab exercitu. Iob 14.14,cunctis diebus צְבָאַי tẽporis mei expectabo. ſperabo. Ieſah.40.2,impletum eſt צְבָאָהּ tempus eius. Plurale maſculeũ, צְבָאִים. & cum pronomine, Pſal.103.21 omnes צְבָאָיו exercitus eius. Fœmineũ, Pſal. 24.10, Dominus צְבָאוֹת exercituũ. צְבָאוֹת, Capreæ, quare in צְבִי. Et in regimine, Exod.12.41, omnes צְבָאוֹת exercitus Domini. Hinc verbum in cal, pro Militare, dimicare, pugnare, Congregare exercitum. Exod.38.8, & fecit conchã de ſpeculis הַצֹּבְאֹת אֲשֶׁר צָבְאוּ congregantium ſe, quæ congregabant ſe(ſcilicet inſtar exercitus) ad oſtium tabernaculi. Congregabant enim ſe filiæ Iſraél ad oſtiũ tabernaculi, & afferebant(aut offerebant) manibus ſuis ſpecula pro oblatione ſpontanea tabernaculi. Tharghũ, de ſpeculis mulierum quæ veniebãt vt orarent in oſtio &c. R. Abra. in cõm. Mos erat omniũ mulierũ, vt ſe decorarent, reſpicere facies ſuas ſingulo mane in ſpeculis æneis, aut vitreis, vt ſuã aptarẽt tiarã quæ erat ſuper caput ſuũ. Erant autẽ in Iſraél mulieres Deum colentes, quæ ſpreta mundi vanitate, ſua ſpecula Domino offerebant, quia non erant illis opus, quæ per ſingulos dies veniebant ad oſtium tabernaculi vt orarẽt, & Dei audirẽt præcepta. Et dixit צָבְאוּ, quia erant multæ. Nume.31.42, à viris הַצֹּבְאִים qui pugnauerant. Ieſah.29.7, & omnes צֹבְיָהּ pugnantes contra illã, deficit א è ſcriptura, pro צֹבְאֶיהָ. Num.4.23, omnem qui veniebat לִצְבָא צָבָא ad militãdum militiã. Et 31.7, וַיִּצְבְּאוּ

& pugnauerunt contra Midiá. Et in hifhíl,2.Reg. 25.19,& ſcribam principem הַצָּבָא אֶת־עַם militiæ qui congregabat populum terræ.

צָבָה Tumeſcere, intumeſcere,Inflari. Nume. 5.27, וְצָבְתָה & tumeſcet venter eius. Et in hifhíl, Nume.5.22, לְהַצְבוֹת(pro לְהַצְבוֹת)vt tumeſcere faciát ventrem. Tóar fœmineú, Nume.5.21,& vterum tuú צָבָה tumeſcentem. Hinc eſt & צְבִי,Caprea,aut capreolus, Gloria,decor,Terra Iſraél,Voluntas,deſideriú, Amor. Ieſah.13.19,& erit Babél צְבִי gloria(amor)regnorum.Et 24.16,צְבִי gloriam iuſto.vel iuſti,ſi ל capiatur pro ת. Irme.3.19,hæreditatem צְבִי gloriæ. Deuter.14.5,certum צְבִי & capreolum.vel capream. Nomina ſpeciérum vtrunque genus comprehendunt,quacúque forma efferantur. 2.Semu.1.19, הַצְבִי יִשְׂרָאֵל ô terra Iſraél in excelſis tùis occiſus eſt.Appellatur ſic terra Iſraél,quòd vt ceruus cæteris animantibus pedibus eſt velocior,ita terra Iſraél eſt leuis,ac facilis ad maturandú(ſiue coquendum)fructus ſuos præ aliis terris,ſecúdum doctores Hebræorum.Vel quia cæteris eſt deſiderabilior. Dani.11.16, & ſtabit in terra הַצְבִי Iſraél. vel deſiderii.i. deſiderabili.Et 8.9,וְאֶל־הַצְבִי & ad terrá Iſraél. deſiderabilé ſcilicet.Cát.2.9,ſimilis eſt dilectus meus לִצְבִי capreæ. 2.Semu.2.18,& Haſaél leuis erat pedibus ſuis ſicut vnus הַצְּבָיִם capreolorum.deficit י ſignú pluralis.Scribitur & cum א quieſcéte,& א moto.1.Paral.12.8,וְכִצְבָאִים & ſicut capreoli.aut capreæ,י ſignú pluralis deficit. Et in plurali fœmineo mutatur י in א,vt Cant.2.7,בִּצְבָאוֹת per capreas. Et ſic poteſt exponi illud Irm.3.19,hæreditatem צְבִי צְבָיוֹת gloriæ caprearum gẽtium &c. Vel exercituú. Vtroque modo exponit R.Dauid in lib.rad.

צָבַט Dare,porrigere.Ruth 2.14,וַיִּצְבָּט־לָהּ קָלִי & dedit (aut porrexit)ei polentam.Alibi in Sacris non inuenitur.

צָבַע Tingere,aut colorare.Irme.12.9,nunquid auis צָבוּעַ tincta hæreditas mea mihi? Dicũt (inquit R.D.in lib.rad.)eſſe auẽ quandam variis coloribus reſperſam,ad quã congregantur aliæ aues vt illam edãt, ac deuorent,quòd eam odio habeant.Vide עַיִט. Nomen,צָבַע,Color. Iudic.5.30,שְׁלַל צְבָעִים לְסִיסְרָא שְׁלַל רִקְמָה צָבַע רִקְמָתַיִם ſpolium colorũ(ſub.diuerſorũ)ipſi Siſerá,ſpolium colorũ,polymitum,color,duo polymita. Ex hac radice eſt & אֶצְבַּע,Digitus. Exod.8.19,אֶצְבַּע digitus Dei eſt.Irm.52.21,& craſſitudo eius quatuor אֶצְבָּעוֹת digitorum.Prouerb.6.12,בְּאֶצְבְּעֹתָיו digitis ſuis.

צָבַר Congregare,Coaceruare,Fundere aggeré.Iob 27.16,אִם־יִצְבֹּר כֶּעָפָר כָּסֶף ſi coaceruauerit tãquam puluerem(aut terrá)argentum. Gene.41.49,וַיִּצְבֹּר בָּר & coaceruauit Ioſeph frumentũ. Chabac.1.10,וַיִּצְבֹּר עָפָר & coaceruauit terram.i.fudit aggerem, & cœpit ilam.ſub.vrbẽ. Vel coaceruauit puluerẽ.i.populũ ſicut puluerem. Nomen,צְבוּר,Congregatio,coaceruatio, Cumulus.2.Reg.10.8,ponite ea duos עֲבָרִים cumulos.

צֶבֶת Manipulus. Ruth 2.16,& etiã proiiciendo proiicietis ei de הַצְבָתִים manipulis.

צֶדֶר Vnde defectiuum nomen צַד, Latus. Ieſah.60.4, & filiæ tuæ עַל־צַד iuxta latus nutrientur. Iechc. 4.8, & non vertes te מִצִּדְּךָ אֶל־צִדֶּךָ de latere tuo in latus tuum.1.Semu.20.20,& ego tres ſagittas צִדָּה ad latus eius iaciã.ה eſt lene,præter normã,inquit R.D.in Michól,& lib.rad. Gene.6.16,oſtium arcæ בְּצִדָּהּ in latere eius pones. Iudicũ 2.3,& erunt vobis לְצִדִּים ad latera.i.e-

quêris,vt viuas.Psal.50.6,& annuntiabunt cæli צִדְקָתוֹ iu
ſtitiam eius. Alia forma,Ieſah.56.1,& facite צִדְקָה iu-
ſtitiam.Psal.22.32,& annũtiabunt צִדְקָתוֹ iuſtitiam eius.
Et 31.2,בְּצִדְקָתְךָ in iuſtitia tua. Item 103.6, faciens צְדָקוֹת
iuſtitias Dominus.Iechez.18.24,צִדְקָתוֹ iuſtitiæ eius.

צָהֹב Vnde צָהֹב,Flauus,aut aureus color, color pro-
pinquus colori auri. Leui.13.30,capillus צָהֹב fla
uus. Et participium in hiphíl, Hezræ 8.27,& vaſa צהֻבִים
deaurati.aut colorati inſtar fului,& aurei coloris.

צָהַל Eſt עָלַז,Exultare. Ieſa.24.14, צָהֲלוּ מָיִם exultaue-
runt ab Occidente. R.D.in cõment.exultaue-
runt.pro exultabunt.eſt enim præteritum vice futuri.
מָיִם,hoc eſt מִמַּעֲרָב ab Occidente. Acſi dicat,Ii qui ſunt
longinqui ab Ieruſaláim in terra Occidẽtali,laudabũ
& exultabunt in gloria Domini. aut propter gloriam
Domini. R.Abraham,à mari.i.qui perambulant ma-
re. Eſtér 8.15,Et ciuitas Suſán צָהֲלָה exultauit. Irme.31.
7,וְצַהֲלוּ & exultate in capite gentiũ. Tharghũ,Et exul-
tate in capite manifeſtato in oculis omniũ gẽtiũ.Ieſa.
10.30, צַהֲלִי קוֹלֵךְ בַּת גַּלִּים exalta(ſub.præ exultatione)filia
Ghallím vocẽ tuam. Eſt enim trãſitiuũ verbũ. Vbi R.
Abra.verbũ ſignificare ſcribit exaltare,aut eleuare vo-
cem.Ghallím verò nomẽ eſt prouinciæ. R.D.in com-
ment. Exalta(eleua)vocem tuam tãquam tuba,vt au-
diant viri Láis,& fugiant. Caſtra enim Aſſũr occurre-
bant ciuitati cui nomen erat Filia Ghállim príus, ſed
poſtea dicta eſt Laís. Irme.5.8,vnuſquiſque ad vxorem
ſocii ſui יְצַהֵלוּ hinnient.pro hinnierunt,aut hinniebát.
Vide יַיִן. Et 50.11, וְתִצְהֲלוּ & mugietis ſicut tauri. legitur
cum ו,& ſic eſt numeri pluralis:& ſcribitur cũ י,
quia poteſt legi וְתִצְהֲלִי & mugies. futurum fœminei.

runt in ſpinas ad latera. vel in lateribus. Eſt enim lo-
cutio defectiua.R.Ionáh ſcripſit daghés eſſe loco han-
nách,id eſt י vel ו quieſcentis,deducens à צִיר vel צוּר,in
retia in quæ cadetis.Vide in צוּר.

צָרָה Inſidiari. Exo.21.13,& qui nõ צָרָה inſidiatus eſt.
1.Sem.24.12,& tu צָרֹר אֶת־נַפְשִׁי inſidiaris animæ
meæ. Et in nifhál,Deſolare. Sephan.3.6,נִצְּדוּ deſola-
tæ ſunt vrbes eorum. Nomen,צְרִיָּה, Inſidiæ.Nume.
35.20,בִּצְרִיָּה per inſidias.

צָדַק Iuſtificare. Iiób 33.12, ecce זֹאת לֹא־צָדַקְתָּ hoc non
iuſtificaſti.Et 35.7,ſi צָדַקְתָּ iuſtus fueris. Item 34.
5,צָדַקְתִּי iuſtus ſum. Et 9.20,ſi אֶצְדַּק iuſtificauero me,os
meum condemnabit me. Et in nifhál, Dani.8.14,
וְנִצְדָּק & iuſtificabitur(iuſta erit)ſanctificatio.i.ſanctua-
rium. Et in pihél,Irme.3.11,צִדְּקָה נַפְשָׁהּ iuſtificauit a-
nimam ſuam auerſatrix Iſraél.Iiób 32.2,עַל־צַדְּקוֹ נַפְשׁוֹ eo
quòd iuſtificabat ipſe animã ſuam. Ieche.16.52,בְּצַדְּקֹתֵךְ
ſecundum quum iuſtificaueris ſororem tuam.ת eſt additũ
fecundum normã qua additur ת in fine macór. Et in
hifhíl,2.Semu.15.4,quis ponat me iudicẽ &c.וְהִצְדַּקְתִּיו
& iuſtificem eum? aut,& reddam illi ius? Dixit hoc de
illo cuius cauſa eſt iuſta.Iudex enim vno iuſtificato,al
terum condemnat. Prouerb.17.15, מַצְדִּיק רָשָׁע iuſtificas
impiũ.1.Reg.8.32,וְלְהַצְדִּיק צַדִּיק & iuſtifices iuſtum.Exo.
23.7,non אַצְדִּיק רָשָׁע iuſtificabo impium. Et in hithpa-
hál,Gen.44.16,וּמַה־נִּצְטַדָּק & in quo iuſtificabimur? aut
iuſtificabimus nos? acſi dicat,Quid poſſimus arguere,
vt ſimus iuſti? Tóar,Gen.6.9,Nóach vir צַדִּיק iuſtus.
Pſal.1.5,in congregatione צַדִּיקִים iuſtorum. Gen.18.24,
propter quinque חֲמִשִּׁים צַדִּיקִם iuſtos .eſt ſine י ſigno pluralis.
Nomen,Deut.16.20, צֶדֶק צֶדֶק iuſtitiam,iuſtitiam ſe-

Et in hifhíl, Pſal.104.15. לְהַצְהִיל פָּנִים מִשָּׁמֶן vt mundet (aut illuſtret) faciem præ oleo. R. Abrahám, vt ſplendere(lucere)faciat. Idem R. Dauid. Nomen, Irme.8.16, à voce מְצַהֲלוֹת hinnituum fortium (ſub. equorum) eius contremuit omnis terra. Et 13.27, adulteria tua, & מִצְהֲלֹתֶיךָ hinnitus tui.

צֹהַר Vnde צֹהַר, Feneſtra: ſic appellata, quòd lux per illam ingrediatur. Geneſ.6.16, צֹהַר feneſtram facies arcæ. Et צָהֳרַיִם, Meridies: & eſt tempus quo lux diei eſt fortis. Venit autẽ ſecũdum formã dualis: quòd dies diuidatur à luce ſua in duo: à mane vſque ad dimidium diei pergit & lucet: & à dimidio diei pergit, & tenebreſcit. & צָהֳרַיִם eſt tempus in quo lux eſt fortis ex vtroque latere. Ieſa.16.3, in medio צָהֳרַיִם meridiei. Alia forma, præpoſito י, 2.Reg.18.32, Terram oliuæ, יִצְהָר olei, & mellis. Et verbũ in hifhíl, Iiób 24.11, בֵּין שׁוּרֹתָם יְצַהֲרוּ inter(vel intra) muros ſuos facient(pro fecerũt) oleum. acſi dicat, Calcabunt oliuas, & facient oleum. Alii ſic exponunt, inter trapeta facient oleum.

צוֹאָה Vnde צוֹאָה, Sordes, ſtercus. Quære in יָצָא. In vtra que radice ponitur à R. Dauid.

צוּד Siue צוּר, Venari. Thre.4.18, צָדוּ צְעָדֵינוּ venati ſunt greſſus noſtros, ne ambularemus in plateis noſtris. Exponit R. Abrahám, Acſi venati eſſent. i. nõniſi ad venandum nos in plateis noſtris venerunt. Et 3.52, צוֹד צָדוּנִי venando venati ſunt me ſicut auem. Irm.16.16, & poſtea mittam ad multos צַיָּדִים וְצָדוּם venatores, & venabuntur eos. Geneſ.27.33, הַצָּד־צַיִד qui venatus eſt venationem. Et 3, וְצוּדָה לִי צֵידָה & venare mihi venationem. Et 5, לָצוּד צַיִד ad venandũ venationem. Leui.17.13, qui צָד צַיִד venatus fuerit venationem beſtiæ. Pſa.140.

12, יְצוּדֶנּוּ venabitur illũ ad impulſiones. R.D. in comment. Malũ quod ipſe facit, venabitur illum, adeo vt illũ proiiciat ad impulſiones, quia impelletur à malo in malũ. Et verbum quadratũ, ſiue pohél. Iechez.13.20, vos מְצוֹדְדוֹת שָׁם אֶת־הַנְּפָשׁוֹת venamini ibi animas. Et 18, לְצוֹדֵד נְפָשׁוֹת ad venandum animas. Et in hithpahál, in altera ſignificatione. Iehoſ.9.12, iſte panis noſter calidus הִצְטַיְּדְנוּ אֹתוֹ in eſcã paratus fuit à nobis. Eſt verbũ intranſitiuum ſicut & omne aliud verbũ in hithpahal. Exponit R.D. in comment. Accepimus hunc panem è domibus noſtris לְהִצְטַיֵּד בּוֹ vt veſceremur illo in via.

Nomen, צַיִד, Venatio. vt in verbo. Gen.10.9, ipſe fuit potens צַיִד venatione. Eſt enim ſubſtantiuũ, inquit R. Dauid, quod & alia ſui generis oſtendunt. Et 27.25, & comedam מִצֵּיד de venatione. Prouer.12.27, non aduret dolоſus צֵידוֹ venationem ſuã. i. alas auis quam venatus eſt, ne poſſit aufugere. Vide חָרַךְ. Toár, צַיִד, Venator. cuius plurale habes in præterito cal. Eſt etiã צַיִד, Eſca, cibus. Iehoſ.9.5, & omnis panis צֵידָם eſcæ illorum. Pſal.132.15, צֵידָהּ eſcã eius benedicẽdo benedicam. ה eſt cum mappíc, inquit R.D. in lib.rad. & in cõment. vbi exponit, Eſcam eius, ſcilicet Siión. Acſi dicat, Mittã maiorẽ benedictionem in frugibus, ac fructibus eius, quàm in aliis terris Iſraél, ad gloriã domus meæ, quæ eſt in medio eius. Et forſan idcirco vocatur terra Iſraél, terra הַמּוֹרִיָּה, quia fuit terra רְוִיָּה irrigua vbi illa habitauit gloria. Et cum ה. Gen.42.25, vt daret eis צֵדָה eſcã. Et à venando vocatur Rete מָצוֹד. Iiób 19.6, וּמְצוֹדוֹ & rete ſuum me circundare fecit. Vel, & reti ſuo me circundedit. R. Abrahám auenhezra exponit וּמְצוֹדָתוֹ & rete ſuum, vel munitionem ſuã, vt alii exponunt. R. Leuí, rete ſuum.

Tharghũ,וסריגיה & rete ſuum. Et cũ ה,מצודה. Iechez. 13.21,למצדה in rete. Et cum chólẽ,מצודה, Eccleſ.9.12. Et ſine ה cũ chólem, Eccleſ.7.27,מצודים retia. Sed illud Eccle.9.14,& ædificauit aduerſus eam מצורים munitiones magnas: eſt ex radice מצר. Illud Ieche.19.9, adducẽt eũ במצולות retibus : rectum eſt vt ſit huius & radicis & ſignificantiæ. Et illud Iudic.2.3,& erunt vobis לצדים in lateribus: require in צרר, quod tamen R.Dauid, etiam in hac citat radice, dicens daghés eſſe loco literæ raphandæ ſicut צין à ציץ.

צוה In pihél, Præcipere. Geneſ.7.9, vt צוה אלהים את־נח præcepit Deus ipſi Nóach. 1.Semu.20.29, צוה־לי præcepit mihi frater meus. Gene.7.5, צוהו præcepit ei Deus. Pſal.119.4, צויתה præcepiſti. Et ſine ה, Pſal.7.7, צויתה. Deuter.3.21, ואת־יהושע צויתי & Iehoſúah præcepi. Et cum chirlc, Deute.31.5, צויתי אתכם præcepi vobis. Et 24.8, צויתים præcepi illis. caret י. Et cum י, 2.Reg.21.8, צויתים. Deuter.4.2, quod ego מצוה אתכם præcipio vobis. Et 6.6, מצוך præcipio tibi. Et כ cum daghés, Deuter.12.14, במצוך. 2.Semu.18.5, בצות המלך quando præcepit rex. Iehoſ.4.16, צוה את־הכהנים præcipe ſacerdotibus. Et defectiuum, Nume.5.2, צו præcipe. Iehoſ.1.11, וצוו את־העם & præcipite populo. Irme.7.23, אצוה אתכם præcipiam vobis. Pſal.42.9, יצוה præcipiet. Et defectiuũ, Deuter.28.8, ויצו. Irme.36.5, ויצוה & præcepit. Et defectiuum, Irme.39.11, ויצו. Ieſa.45.11, ſuper filiis meis, & ſuper opus manuũ mearum תצוני præcipietis mihi. i. præcipietis prophetis pro me, vt dicant vobis verba, & annuntient vobis quæ facturus ſum propter filios meos. i. propter Iſraél, qui ſunt filii mei, & opus manuũ mearũ, vt exponit R.D. in cõmen. Et in puhál, Nume.3.16, vt צוה iuſſus fuit.

Exo.34.34, loquetur ad filios Iſraél quæ יצוה iubebitur. Nomẽ, מצוה, Præceptũ, Iuſſum, Iuſſio. Deut.11.8, omne המצוה præceptũ. 2.Paral.24.21, & lapidauerunt eum lapide במצות iuſſu regis. Deuter.26.13, ſecundũ omne מצותך præceptum tuũ. Prouer.10.8, מצות præcepta. Geneſ.26.5, מצותי præcepta mea. Nomẽ alterius formæ, Ieſah. 28.10, Quia צו לצו צו לצו præceptum ad (.i. poſt) præceptũ, præceptum ad præceptũ. ſub. datur eis more puerorum. Exponit R.Abrahám, Opus eſt cũ illis loqui quemadmodum pater loquitur ad filiũ ſuum paruum, qui neſcit adhuc præceptũ poſt præceptum, vel præceptũ coniunctum præcepto. R.D.in cõment. Dicit quòd erant velut pueri, quibus homo dat præcepta, & docet eos paulatim paulatim , vt poſſint recipere, non enim poſſunt capere niſi pauca. Et ſic opus eſt vt propheta doceat hunc populum , quia parum habent intelligentiæ , quia laborant ad audiendũ verbũ Dei, eo quòd non cõplacent ſibi in illo, ſiue delectãtur illo.

צוח Eſt צעק, Clamare vociferari. Ieſah.42.11, Detice montium יצוחו clamabunt. Nomen, צוחה, Clamor, Vociferatio. Ieſah.24.11, צוחה clamor ſuper vinum in plateis. Irme.46.12, וצוחתך & clamor tuus.

צול Vnde צולה, Multitudo, atque profunditas aquarum. Ieſah.44.27, Qui dico לצולה profundo (aut voragini) Deſolare. Loquitur de Babél quæ erat locus aquarũ multarum. Alia forma, præpoſito מ, Ionáh 2.4,& proieciſti me מצולה in profundum. Pſalm. 68.23, ממצלות ים de profundis (voraginibus) maris. Et cũ cholé Exo.15.5, deſcenderũt במצולת in profunda tãquã lapis.

צום Ieiunare. 2.Semu.12.21. צמת ieiunaſti. Zecha.7.5, חצום צמתני אני nunquid ieiunando ieiunaſtis mi

Universidad de Deusto
Biblioteca

& si de הַצֹּאן pecoribus fuerit oblatio eius, de ouibus, vel de capris in holocaustum &c. Genes.47.4, quia nõ est pascuũ לַצֹּאן pecudibus. Et cum א moto, Nume.32. 24, לְצֹנַאֲכֶם pecudibus vestris. & א est transpositum. Et cũ ה redundante in fine: vt Psal.8.7, צֹנֶה oues, & boues. Vertitur autem in א apparens in præcedenti exemplo.

צוף Natare, enatare. Thren.3.54, צָפוּ־מַיִם enatauerunt aquæ super caput meũ. R. Abrahám in cõment. שָׂחוּ natauerunt. Ieche.32.6, & irrigare faciã terrã צִפְתֵּךְ natantẽ tuã sanguine tuo super montes. Est participiũ fœmineũ: id est terrã tuã super quã natabãt aquæ, nũc irrigare faciam sanguine occisorum tuorũ, & natabit sanguis super eam sicut aqua, ita vt pertingat vsque ad montes. Et est hyperbole. Et in hifhíl, Deuter. 11.4, הֵצִיף אֶת־מֵי יַם־סוּף natare fecit aquas maris Suph.2.Reg. 6.6, וַיָּצֶף הַבַּרְזֶל & natare fecit (sub. propheta) ferrũ. Ex hac radice est צוף, Fauus mellis. Prouerb.16.24, צוּף־דְּבַשׁ fauus (vel placenta, secundum R. Dauid in lib. rad.) mellis eloquia pulchra.

צוק Est צוּר, Angustiis afficere, Affligere, Opprimere, Coartare, Adhærere. Psal.41.9, verbũ impietatis יָצוּק בּוֹ adhærebit illi. Est instar יָקוּם à קוּם. R.D. in cõm. Infirmitas grauis, ac difficilis, & pessima adhæsit illi, & nõ surget vltra de lecto suo, quia morietur ex illa sua infirmitate. Vel sic, Iniquitas magna adhæsit illi: vnde par est vt & pœna sit magna. Idcirco nõ surget vltra e cubili suo. Et in hifhíl, Iesa.29.2, וְהֵצִיקוֹתִי לַאֲרִיאֵל & coartabo (affligam) ariél.i. altare. Iudic.16.16, & fuit כִּי־הֵ יקָה לוֹ כִּדְבָרֶיהָ quum angustiis afficeret eũ verbis suis. Et 14.17, quia הֶצִיקַתְהוּ angustiis affecit eum. Iesah.51.13, à facieiræ הַמֵּצִיק opprimentis. Et 29.7, וְהַמְצִיקִים לָהּ & co-

hi, ego? vel propter me, secundum R.D. Est enim sicut Nũ צַמְתֶּם בַּעֲבוּרִי ieiunastis propter me? R. Abrahám in cõment. exponit, ieiunastis propter me, aut ad gloriã meã. & est verbũ intrãsitiuũ. Et dixit ego, acsidicat, Nũ ego præcepi vobis vt ieiunaretis? Nechem.1.4, צָם ieiunans. Iesah.58.4, ad litem, & contentionem תָּצוּמוּ ieiunabitis. pro ieiunatis. Nomen, צוֹם, Ieiuniũ. Iesah.58. 6, nunquid זֶה צוֹם hoc est ieiunium &c. Illud autem 1. Reg.21.9, prædicate צוֹם ieiuniũ: R. Ioséph Kimchi exponit, Vocate cœtũ. aut congregationem. Et sic versu 12, prædicauerunt צוֹם ieiunium: ipse exponit, congregationem. Et in hac significatione capiunt Talmudistæ appellantes contritionem neruorum צוּמַת הַגִּידִין. Et sic hoc nomen, vbi non agitur de pœnitentia, capitur pro congregatione.

צון Scribitur cum א quiescente frequentius hæc dictio צֹאן, & legitur cũ ו. Significat autem minuta animalia, vt oues, vt capras. Capitur interdum pro particulari aliqua specie, vt puta pro oue tantũ, aut pro capra solum: quãdoque cõplectitur vtrunque. interdum est commune nomen omnium minutorũ animaliũ: quandoque & de grandioribus, vt puta de bobus dicitur. & caret numero multitudinis. Interdum (quanquã rarissime) mouetur א, aliquoties scribitur sine א, cum ה redundante in fine. Pro ouibus tantũ, vt 1. Semu.25.2, & ei erant צֹאן ouiũ tria millia, & mille capræ. Et sic cõmuniter quando hæc duo simul iunguntur. Et pro capris, vt Gene.31.12, Vide omnes hircos ascendentes super הַצֹּאן capras. Interdum complectitur boues cũ minutis etiã animalibus, vt 1. Sem.8.17, צֹאנְכֶם pecora vestra addecimabit. Et pro ouibus & capris: vt Leui.1.10, & si

artantes eam. Iiob 36.16, in latitudinem non מוּצָק coar
tatam. Ieſah. 8.22, לַאֲשֶׁר מוּצָק לָהּ, ſecundū quod coartata
fuit. Vel eſt nomen, inquit R. D. i. ſecundū quod angu
ſtia fuit ei. Tóar, 1. Semu. 22.2, omnis vir מְצוּק oppreſ-
ſus. anguſtiis affectus. Nomen ſecundum eandē for-
mam cū futuro, Deute. 28.53, & 55, וּבְמָצוֹק אֲשֶׁר יָצִיק לְךָ, &
anguſtia (afflictione) qua anguſtiis afficiet te inimicus
tuus. Significat & Statuere. Iehoſ. 7.23, וַיְצִקֻם & ſtatue
runt ea coram Domino. daghés eſt loco literæ quieſcē
tis. 2. Semu. 15.24, וַיַּצִּיקוּ אֶת אֲרוֹן, & ſtatuerunt arcam Dei.
Nomen, צוּק, Anguſtia, Afflictio. Dan. 9.25, וּבְצוּק & in
anguſtia temporum. Alia forma, מָצוּק, vt in hif hil.
Alia itē, מָצוּק, id eſt מַעֲמָד, Status, ſtatio, Columna. 1. Se
mu. 14.5, dentis vnius מָצוּק מִצָּפוֹן ſtatio ab Aquilone. Et
2.8, quia Domini מְצָקֵי אֶרֶץ ſtationes (.i. columnæ, ſecū-
dum R. D.) terræ. Alia præterea, pro Anguſtia. Se-
phan. 1.15, dies afflictionis וּמְצוּקָה & anguſtiæ. Pſal. 25.
17, מִמְּצוּקוֹתַי ex anguſtiis meis. Alia poſtremo, Ieſah.
8.22, Obſcuratio צוּקָה anguſtiæ.

צור Obſidere, Coartare, Anguſtiis, & affictionibus
afficere, Ligare, Formare, figurare, Roborare, for
tificare. Deuter. 14.25, וְצַרְתָּ הַכֶּסֶף בְּיָדֶךָ & ligabis argen-
tum (pecuniā) in manu tua. Et 20.12, וְצַרְתָּ עָלֶיהָ & obſi-
debis illam. Pſal. 139.5, retro & ante צַרְתָּנִי formaſti (fi-
guraſti) me. R. D. in comment. Retro & ante formaſti
me in vtero matris meæ, & poſuiſti ſuper me manum
tuā, quēadmodū faciūt caſeo, iuxta illud Iiob 10.10, Et
ſicut caſeū coagulabis (pro coagulaſti) me. R. Himma.
in cōmen. formaſti me. Vél (quod rectum eſt in oculis
meis,) obſtediſti me. i. circūdediſti me vndique ſcientia
tua inſtar exercitus, quī manet in obſidione contra cī

uitatem, & circundat illam, ne fugiant homines, néve
ex illis quiſpiam euadat. Et hoc eſt quod poſtea dixit,
Mirabilior &c. Dixit metaphorice, Tu obſediſti me, &
poſuiſti ſuper me manum tuā, & manu tua apprehen-
diſti me, & non eſt mihi fuga à te. R. Abrahám, Obſe-
diſti me: vt Deuter. 20, ſuprà citatum. Et non miretis
quòd non dixerit צָרַתְּ עָלַי: quia ſimile habes Deuter. 2.
20, תְּצָרֵם. Eſt ergo ſenſus, obſediſti me retro, & ante. R.
Dauid in lib. rad. vtroque modo exponit. Exod. 23.22,
וְצַרְתִּי אֶת צֹרְרֶיךָ & anguſtiis afficiam hoſtes tuos. aut,
anguſtiis afficientes te. Et ita habet Tharghum, & R.
Selomóh. Ieſah. 28.20, & operimentum צָרָה anguſtum
eſt. Eſt præteritum: quia eſt longū, inquit R. Dauid in
lib. rad. & cōment. 2. Reg. 6.25, & ecce צָרִים עָלֶיהָ obſide-
bant eā. 1. Sem. 23.8, לָצוּר אֶל דָּוִד ad obſidendum Dauid.
Ieſah. 8.16, צוֹר תְּעוּדָה liga teſtimonium. Poteſt tamen
huius radix eſſe צָרַר & נָצַר. quære in נָצַר. Et 21.2, צוּרִי סָבַד
obſide Mede. vel Media, regio ſcilicet Aſiæ. Eſt enim ſic
mineum verbū. Et eſt breue, inquit R. D. in lib. rad. &
comment. & R. Abrahám in cōmen. ſicut & illud Pſal.
116.7, שׁוּבִי. 1. Reg. 7.15, וַיְצַר אֶת שְׁנֵי הָעַמּוּדִים & finxit (forma
uit) duas columnas æreas. Et dixit formauit, quòd illa-
rum figuras fecerit in pauimento in quo fuſæ ſunt. 2.
Reg. 17.5, וַיְצַר עָלֶיהָ & obſedit eam. x cú pathách, ſecun-
dum R. D. in Michlól. 2. Paralip. 28.20, וַיְצַר לוֹ & obſedit
eū. vel, oppreſſit. Aut eſt ex hif hil, inquit R. D. Deu-
ter. 2.10, אַל תָּצַר אֶת מוֹאָב ne obſideas Moab. Poteſt ta-
men eſſe & ex hif hil. Cant. 8.9, & ſi oſtium eſt, נָצוּר עָלֶיהָ
obſideamus (.i. circundemus) illud tabula cedrina. Alii
exponūt, muniamus. 2. Reg. 12.10, וַיִּצְרוּ & ligabant (vel
figurabant, ſiue cudebant. Et in nif hál, Ieſah. 1.8, Si-

Universidad de Deusto Biblioteca

cut ciuitas נְצוּרָה obſeſſa. ſúrec eſt loco cholem. Et ſic Tharghum, Sicut ciuitas רְצִירִין עֲלָהּ quam obſidẽt. Vel eſt participium paſſiuũ à נָצַר deſolata & deſtructa, ſecundum R. Abrahám & R. Dauid in comment. Et in hifhíl, Deuter. 28.52, וְהֵצַר לְךָ בְּכֹל שְׁעָרֶיךָ & obſidebit te (aut obſidere faciet te) in omnibus portis tuis. i. intra omnes vrbes tuas. Irme. 10.18, וְהֵצַרְתִּי לָהֶם & obſidere (aut opprimere, & anguſtiis, doloribuſque afficere) faciam illos, vt inueniant. ſub. ea quæ dixi ſuper illis, ſecundum R. Dauid. R. Abrahám auenhezra, Quia Dominus adducet ſuper illos fundibularios, ſagittarioſque, & obſidere faciet eos, vt vno in loco ſint coniuncti, vt inueniant eos fundibularii, & aſſiſtentes. Et eſt longum, inquit R. Dauid in lib. rad. Sepha. 1.17, וַהֲצַרְתִּי לָאָדָם & obſidere (aut opprimere) faciam hominem. eſt breue, ſecundum R. D. in lib. rad. & in cõment. & ל in לָאָדָם eſt cũ camés. Quod idem in cõm. exponit, Et obſidere faciam homines, vt ſint intra vrbes in obſidione, vt viuát in illa pane atro, & aqua oppreſſionis. aut arctationis. i. arcta. Nechem. 9.27, וַיְצָרֻהוּ לָהֶם & oppreſſerunt eos. Et in hithpahál, Iehoſ. 9.4, & iuerũt, וַיִּצְטַיָּרוּ & oſtenderunt ſe legatos. Nomen, מָצוֹר, Obſidio, & munitio, aut ciuitas munita: ſic appellata, quòd vi nõ capiatur, ſed obſidione, fame, & ſiti. Et cum pronomine, & in plurali, mutatur chólem in ſúrec. Deuter. 20. 20, & ædificabis מָצוֹר munitionem. ſcilicet ad obſidendũ. 2. Reg. 19.24, omnes riuos (vel omnia flumina) מְצוֹר AEgypti, ſecundum R. D. à munitione ſic appellatæ. Idem Ieſah. 37.25. & 19.6, & ſiccabuntur riui מָצוֹר AEgypti. Ieche. 4.8, dies מְצוֹרְךָ obſidionis tuæ. Ieſa. 29.3, מְצָרֹת obſidiones. Et cũ ה fœmineo, eſt cũ ſúrec, 2. Paral. 14.6,

ciuitates מְצוּרָה munitionis. Hinc eſt צַר, Arctus, angu ſtus, Hoſtis, inimicus: & interdũ Anguſtia, afflictio. 1. Semu. 2.32, & aſpicies צַר inimicũ habitaculi. vel æmulum. Et eſt in regimine, inquit R. D. in comment. Vel æmulum (ait) in habitaculo. i. in domo Domini. & ſic deficit ב. 2. Sem. 1.26, צַר־לִי anguſtia eſt mihi. Ieſa. 5.30, tenebræ צַר anguſtia & lux. Sunt qui exponũt, ait R. D, ſol & luna: ſed prior interpretatio eſt recta. Poteſt etiã verti, hoſtis, vt ſit, & tenebræ hoſtis, aut inimici. Et 63.8 in omni anguſtia eorũ לְכָל צָר ei anguſtia. R. D. in comment. Scriptura eſt cum א, vt ſit, Nõ multiplicabit eis anguſtiam, ſed ab illa ſeruabit eos. Lectura eſt cum ו, ei, ſcilicet Deo, eſt anguſtia in anguſtia eorum: iuxta illud Iudic. 10.16, & coluerunt Dominum, & anguſtiis affecta eſt anima eius propter laborem Iſraél. Et torũ metaphorice eſt intelligendum: nam Scriptura loquitur ſecũdum morem filiorũ hominum. R. autẽ Ionáh ſcribit eſſe verbum tranſitiuũ, & exponit, in omni fortitudine eorum, eum (ſcilicet Iſraelem) roborauit. R. Abrahám auenhezra idem ſentit quod R. D. Pſal. 107. 2, redemit eos de manu צַר anguſtiæ. ſic R. Abrahám, & R. D, qui dicit eſſe nomen ſicut צָרָה. Tharghum, hoſtis. Et 4.2, בַּצַר in anguſto (ſub. loco) dilataſti mihi. Vel ſecundum R. Abrahám, in anguſtia dilataſti mihi, pro dilatabis. eſt enim præteritũ vice futuri, inquit R. D. Item 66.14, & loquetur os meum בַּצַר־לִי in tribulatione mihi. i. in tribulatione, aut anguſtia mea, ſiue quæ erit mihi. Threno. 1.7, צָרֶיהָ hoſtes. Pſal. 112.8, donec videat (ſub. quod optat) בְּצָרָיו in hoſtibus ſuis. Nomen fœmineũ, צָרָה, Anguſtia, oppreſſio, afflictio. Eſt breue ad differentiam præteriti fœminei. Pſal. 20.2, in die צָרָה

Universidad de Deusto
Biblioteca

expoſitio. Ieſah.45.16,fabricatores צִירִים idolorũ. A-
liud,צוּר,Saxum,petra.& per tranſlationẽ,Fortis,forti-
tudo,Deus,Acies.Deute.32.15,& vituperauit צוּר Deum
ſalutem ſuã.Et 13,& oleo de ſilice צוּר petræ.ſaxi. Ieſah.
26.4,צוּר Deo ſæculorum. Pſal.73.26,צוּר־לְבָבִי fortitudo
cordis mei, & portio mea Deus. ſic R.Abrahám, & R.
D.Iiób 18.4,Nũ propter te derelinquetur terra,& trãſ-
feretur צוּר ſaxum(petra) è loco ſuo? Poteſt & ſic expo-
ni,ſecundum R.D.in lib.rad. Num propter te(.i.pro-
pter iram & indignationẽ tuam) derelinquetur terra,
(.i.iudiciũ terræ,)& tranſferetur Deus è loco ſuo.i.è lo-
co iudicii ſui? Pſal.89.43,etiã redire feciſti(.i.retudiſti)
צוּר aciem gladii eius. Vel eſt tóar,acutum gladium e-
ius.i.gladiũ eius acutum.Pſal.78.15,dirũpit צֻרִים petras
in deſerto. Iehoſ.5.2, fac tibi gladios צֻרִים acierum,vel
acutos,ſecundum R.D. Fœmineũ,Iiób 28.10,בְּצוּרוֹת
in petris riuos diſrupit. Et cum chólem,Exo.4.25,&
tulit Sipporáh צֹר petrã. Aliud,צוּרָה,Figura,exẽplar.
Iechez.43.11,צוּרַת הַבַּיִת exẽplar domus. Pſal.49.15,צִירִים,
& imaginem(aut figuram)eorũ.Ponitur pro צוּרָתָם,ſi-
cut כִּתְבוּנָם pro כִּתְבוּנָתָם. Aliud,cũ א protractiuo,צַוָּאר
Collum.Ieſah.8.8,עַד־צַוָּאר vſque ad collum pertinget.
Irme.28.14,עַל־צַוָּאר ſuper collũ. Geneſ.33.4,& iactauit
ſe ſuper צַוָּארָו colla eius.i.ſuper vtrunque latus colli e-
ius,ſiniſtrũ nempe,ac dextrũ.legitur צַוָּארָיו.Et 45.14,ſu-
per צַוָּארֵי colla. Thren.1.14,ſuper צַוָּארִי collum meum.
Nechem.3.5,צַוָּרָם collum ſuũ.eſt ſine א protractiuo.Et
cum נ redundante,Cant.4.9,In vno torque מִצַּוְּרֹנַיִךְ de
collis tuis.i.collorum tuorum.

צָחַח Vnde צְחִיחַ,Locus eleuatus,& altus in petra.ſic
appellatus,quòd ſit aridus,atque ſiccus,inquit

tribulationis.Et 9.10,in temporibus,בַּצָּרָה in anguſtia.
Tharghũ,in temporibus anguſtiæ. R.D, in tẽporibus
quæ ſunt in anguſtia & afflictione.Ieſa.46.7,מִצָּרָתוֹ ab
anguſtia eius.Et 63.8,in omni צָרָתָם tribulatione eorũ
tribulatio ei. R.verò Ionáh exponit,in omni fortitudi-
ne eorum roborauit eũ.ſub.Iſraelem. Et cũ duplici ſi-
gno fœmineo,Pſal.120.1,ad Dominũ בַּצָּרָתָה לִי in tribu-
latione mihi(.i.mea,aut quæ erat mihi) clamaui. Ad-
ditio ת(inquit R.D.in comment.)auget. acſi dicat,In
multitudine anguſtiæ, aut multiplici afflictione. Pſa.
25.17,צָרוֹת לְבָבִי הִרְחִיבוּ tribulationes(anguſtiæ) cordis
mei dilatatæ ſunt,ſecundum R.Abrahám, id eſt mul-
tiplicatæ. Eſt enim הִרְחִיבוּ verbum intranſitiuũ: quan-
quam ſint qui exponant,tribulationes cor meũ dilata-
uerũt.Sed hoc eſt abſurdum,inquit: quoniã ſequitur,
Ab anguſtiis meis educ me. R.D.in cõment.Tribula-
tiones dilatauerũt ſedem ſuã in corde meo. acſi dicat,
multiplicatæ ſunt. Et quod ait,Anguſtiæ dilatauerũt:
eſt ſermo rhetoricus.ſic R.Himmanuél. Alia forma,
צִיר,Dolor,Legatus, Cardo oſtii, Idolum, ſimulachrũ.
Prouerb.25.13,ſicut frigus niuis in die meſſis, ſic צִיר le-
gatus fidelis iis qui mittunt illum.Et 26.14,ſicut oſtiũ
vertit ſe ſuper צִירָהּ cardinẽ ſuũ,ſic &c.Ieſah.13.8,& ter-
rebũtur,צִירִים וַחֲבָלִים יֹאחֵזוּן anguſtias,& dolores tenebũt.
Vel, anguſtiæ & dolores tenebunt. aut apprehendent,
ſcilicet eos. Secundum enim R.D.incõment. duplex
eſt ſenſus,quia videlicet dolores tenent hominẽ terri-
tum,ac turbatũ: & quũ præualent dolores homini iu-
giter, perinde eſt acſi homo teneret dolores ne ab illo
ſepararentur.Et ſecũdum Iehonathán, ן in יֹאחֵזוּן poni-
tur vice ם,vt ſit,tenebunt eos. Et recta eſt(inquit)eius

nubes rorida aerẽ refrigerans, bonũ eſt filiis hominũ. Et dixit rorida,& non pluuiæ:quia pluuia in meſſe nocet.Tharghũ,Sicut aer ſerenus propter ſolem.Irme.4.11,vẽtus צַח ſerenus erit in excelſis locis in deſerto.Poteſt etiam (inquit R.D.) exponi ſecũdum priorem ſignificantiam,Ventus ſiccus & aridus.acſi dicat,in quo nulla eſt vtilitas hominibus, ſed eſt vehemẽs & fortis eis: neque ad ventilandũ,neque ad purgãdũ eſt ei vtilitas,quia flat in deſerto vbi non eſt ſementis.Et illi ſimilis eſt filia populi mei.Vel metaphorice dixit de caſtris Nebuchadneſár quæ veniebant per viam filiæ populi ſui.acſi dicat,venient contra Ieruſalaim,ſicut ventus vehemens,qui non eſt bonus ad ventilandum,neque ad purgandum, quia eſt nimis vehemens. Et hoc eſt quod dicit ſequenti verſu,Ventus vehementior his (ſub. ventis qui ſunt ad ventilandum, aut purgãdum) veniet mihi. Tóar fœmineum,Ieſah.32.4,loqui צְחוֹת nitida.ſub.eloquia,ſiue verba.

צָחָן Vnde צַחֲנָה,Fœtor.Ioél 2.20,& aſcendet צַחֲנָתוֹ fœtor eius.Alibi non inuenitur. R.quoque Abrahám in cõment. exponit בָּאֲשׁוֹ fœtor eius. Et idem eſſe geminatũ dicit in dictionibus diſtinctis.prius enim dixit, & aſcendit בָּאֲשׁוֹ fœtor eius. Tharghum, וַיִּתְּךָ רוּחֵיהּ & ibit ſpiritus(vel ventus)eius.

צָחַק Ridere,irridere,deridere,ſubſannare. Gene.18.15, non צָחַקְתִּי riſi. Et 21.6, צְחֹק riſum fecit mihi Deus. Et in pihél,Geneſ.21.9,& vidit Saráh filiũ &c. מְצַחֵק,id eſt מַלְעִיג ſubſannantem.ſic R.D.in lib.rad.R. Abrahám,ludentem:quia ſic mos eſt puerorũ:& inuidit illi quòd maior eſſet filio ſuo. R.Selomóh, adorantem idóla: ſicut dictum eſt Exod.32.6,Et ſedit populus

R.D.in lib.rad.& comment. Iechez.24.7, עַל־צְחִיחַ סֶלַע שָׂמֵתְהוּ ſuper locũ eminentem petræ poſuit illum. acſi dicat,ſuper dentem petræ in loco alto & eminenti, vt non poſſit cælari. Sic 26.4,vbi Tharghũ, Et dabo eam לִשְׁעִיעוּת כֵּיף גְּלֵי in lenitate(aut ſuper lenitatẽ)petræ nudæ. acſi dicat,quòd erit petra lenis,& nõ erit ſuper illã puluis.Sic etiam 14,& dabo in locum eminentem petræ.Vbique ſenſus eſt,Quemadmodum publice peccauit effundendo ſanguinẽ innocentem,acſi poneret illum in ſummitate petræ,vt ab omnibus cõſpiceretur, ita publice punietur.Ex R.D.in lib.rad.& cõmen.Pſa. 68.7, veruntamen rebelles(declinantes)habitauerunt צְחִיחָה in loco arido. vel ſicco,ſecundũ R.D.in cõmen. Idem R.Abrahám.Et geminatũ,Ieſah.58.11,Et ſaturare faciet בְּצַחְצָחוֹת in ſiccitatibus animã tuam.hoc eſt tẽpore quo erit ſiccitas,& penuria in mundo,ipſe ſaturabit animã tuam.ſic R.D.& R.Abra. Tóar,צִחֶה,inſtar אֶשֶׁה ab אָשַׁשׁ:& in regimine,צִחֵה. Ieſah.5.13,& multitudo eius צִחֵה צָמָא arida ſiti. Hinc verbum pro Mundum eſſe, Candeſcere,ſplendeſcere, clareſcere. Thren. 4.7,צָחוּ מֵחָלָב nitidiores(candidiores)fuerunt lacte. Eſſet cum daghés,ſi ח eſſet dagheſſabile,verum camés eius vicem ſupplet. Tóar,צַח, Mundus,purus,nitidus, clarus,ſerenus,Candidus. Cant.5.10, dilectus meus צַח candidus. Ieſah.18.4, כְּחֹם צַח עֲלֵי־אוֹר ſicut aer clarus(ſerenus)propter lucẽ.aut ſolem.Vel ſecundum R.Abrahám in cõment. Sicut aer ſerenus poſt pluuiam. אוֹר enim eſt lux,ſol,luna,pluuia. R.Dauid in commen.Sicut ſol clarus ſuper terram poſt pluuiam, eſt optimus germinibus:ſic nubes rorida in æſtu meſſis eſt optima. Nam meſſis tẽpore,eſt magnus calor:& quum tranſit nubes

tum eſt corpus eius,& traditum eſt ad combuſtionem
ga, quære in צור. Nume.25.18, צָרֹר אֶת הַמִּדְיָנִים anguſtiis
affice Midianitas. Et in pohél, Iehoſ.9.4, & vtres vini
veteres, & ſciſſos, וּמְצֹרָרִים & ligatos. Nonnulla etiã hic
citantur à plærisque in hif hil, quæ ſunt in radice צור.

Nomẽ, צְרוֹר, Ligamẽ, Lapis. Gen.42.35, צְרוֹר־כַּסְפּוֹ ligamẽ
men argẽti ſui in ſacco ſuo. Et viderũt אֶת־צְרֹרוֹת ligami-
na pecuniarũ ſuarũ. Prou.7.20, צְרוֹר ligamẽ (.i. crume-
nã) argẽti tulit in manu ſua. Cãt.1.13, צְרוֹר ligamẽ myr-
rhæ. Chag.1.6, Et qui locat ſe mercede, locat ſe mer-
de אֶל־צְרוֹר נָקוּב in ligamẽ pertuſum. i. quæ erit acſi illi
poneret in crumena pertuſa. Hamós 9.9, nõ cadet צְרוֹר
lapis ſuper terram. מֵצַר & מְצָרִים &c. quære in מֵצַר.

צָרַב Incendere, accendere, vrere, cóburere, Ardere. In nif hal, Iechez.20.47, וְנִצְרְבוּ־בָהּ & comburetur in ea omnes facies. Tóar, Proue.16.27, ſicut ignis
צָרֶבֶת ardẽs. eſt cũ camẽs, quia eſt in fine verſus, aliàs cã-
צָרֶבֶת inſtar קְשֶׁבֶת, Neche.1.6, ſit auris tua quæſo צָרֶבֶת
intẽta. Nomen, Leuit.13.23, צָרֶבֶת cóbuſtio vlceris eſt.

צָרָה Vnde צֳרִי, ſiue צֹרִי, cũ cholem, & interdum cum ſeuá. Quidam Hebræi exponunt balſamũ, alii
theriacam. Gene.43.10, paululum צֳרִי balſami. aut the-
riacæ. Tharghum, קְטַף. Irme.51.8, capite צֳרִי reſinã (vel
theriacam) ad dolorem eius, ſi forte ſanetur.

צָרַח Eleuare vocem cũ clamore, Vociferari. Sepha-
1.14, צָרְחִי vociferatur ibi fortis. Et in hif hil.
Ieſah.42.13, etiã יַצְרִיחַ vociferabitur. exclamabit. Hinc
AEdificium eleuatũ, aut altum dicitur צְרִיחַ, vt turris

Universidad de Deusto Biblioteca

est quod dixit, Elegi te in camino afflictionis. Psal.66.
10, צְרַפְתָּנוּ כִּצְרֵף כֶּסֶף fudisti (purificasti) nos sicut fundit
(purificat, sub. artifex) argẽtum. Vel, quẽadmodũ fun-
ditur argentum. & sic est verbũ intransitiuum. Iesah.
40.19, וְצֹרֵף & aurifex. fusor, purificator. Psal.12.7, argen
tum צָרוּף fusum. purificatum. Et 26.2, צָרְפָה כִלְיוֹתַי fun-
de (purifica) renes meos. Iesah.1.25, וְאֶצְרֹף & fundam, pu
rificabo. Iudic.7.4, וְאֶצְרְפֶנּוּ & fundam eum tibi illic. R.
Dauid, fundam (aut purificabo) illum, quẽadmodum
aurifices argentũ à scoriis: vt no sint ibi nisi iusti: quia
dum incuruant se ad bibendum, signũ est ipsos incur-
uasse se ipsi Báhal. Tharghum, וְאֶבְחָרִינוּן & eligam eos.
Et in nifhál, Dani.10.10, וְיִצָּרְפוּ & fundentur (purifi-
cabuntur) multi. Et nomen vasis in quo fundũt, aut
purificant aurum, vel argentũ. Prouerb.17.3, מַצְרֵף con-
flatorium argento, & caminus auro.

QVADRATA.

צִלְצַל Et צִלְצְלִים, Vide צָלַל. **צְלָצָל** Species locustæ. Deu-
ter. 28.42, fructũ terræ
depauperabit הַצְּלָצָל locusta. Tharghum similiter, סַקְאָה.
R. quoque Selomóh, speciem scribit esse locustæ.

צַנְצֵן Vnde צִנְצֶנֶת, quod est צְלֹחִית, Scutella. Exod.16.
33, cape צִנְצֶנֶת scutellam vnam.

צַנְתֵּר Vnde צַנְתְּרָה, Virga, secũdum R. Ionáh. R.D.
in lib. rad. vasa scribit esse ad similitudinem
fistularum. Zecha.4.12, Quid sunt duæ spicæ oliuarum
quæ sunt inter duas צַנְתְּרוֹת fistulas aureas euacuantes à
se aurum? Tharghum, אִסְקְרִיטְוָן rostra, vt nonnulli ex-
ponunt. R. Abrahám vasa scribit esse, in quibus calcan
tur oliuæ.

vt arx: quòd speculator manens in turri, vociferetur &
exclamet, sic appellata. Iudic.9.46, & ingressi sunt אֶל־
צְרִיחַ turrim domus (.i. templi) dei Berith. 1. Semu.13.6,
in petris, וּבַצְּרִחִים & in turribus.

צָרַךְ Necessarium esse, oportere, opus esse, Indigere.
Est frequens apud Hebræos in cal, in hifhíl, in
nifhál, & hithpahál. At in Sacris literis semel dũtaxat
inuenitur nomen צֹרֶךְ, Necessitas. 2. Paralip.2.12, & nos
excidemus ligna de Lebanón, secũdum omnem צָרְכֶּךָ
necessitatem tuã. vel, quotquot fuerint tibi necessaria.

צָרַע Vnde צָרוּעַ, Leprosus. Leuit.13.43, vir צָרוּעַ lepro
sus est. Et præposito מ, omnia sunt defectiua,
vno excepto, quod est 2. Paral.26.23, quia dixerũt, מְצֹרָע
leprosus est. 2. Reg.5.1, vir fortis viribus מְצֹרָע leprosus.
Fœmineũ, Exod.4.6, מְצֹרַעַת leprosa sicut nix. 2. Reg.7.
3, מְצֹרָעִים leprosi. Nomen, Leuit.13.3, plaga צָרַעַת lepræ
est. Nomen reptilis alati percutientis oculos, & ve-
nenum infundentis, & occidentis, secundum R.D. in
lib. rad. & cõment, & R. Selomóh in cõment. Exod.23.
28, & mittã אֶת הַצִּרְעָה crabronẽ ante te. Tharghũ, עֲרָעִיתָא
vespam, vt exponunt nonnulli.

צָרַף Fundere ad purificãdum, Purificare. Irme.6.29,
in vanum צָרַף צָרוֹף fudit fusor. purificauit puri-
ficator. צָרוֹף est macór, vel tóar, inquit R.D. in lib. rad.
In cóment. scribit esse tóar instar גָּדוֹל. Iesah.48.10, ecce
צְרַפְתִּיךָ fudi te, & non in argento. i. non eo modo quo
argentum funditur, vt remoueantur ex illo scoriæ, &
purum remaneat argentũ. non ita feci, quia pauci re-
mansissent. Non succídi te, sed afflixi scorias. i. impios
qui erant inter vos, ægrotationibus, captiuitate, filiorũ
orbitate, carentia fructus animaliũ, atque terræ. Et hoc
est

צַעֲצַע Vnde צַעֲצוּעִים, quod eſt ſicut צְאֲצָאִים, hoc eſt נְעָרִים pueri.2.Paralip.3.10,Cherubim duos,opere צַעֲצָעִים puerorum.quia ſcilicet eorum facies erant vt facies puerorum . Et ſunt qui exponunt (inquit R. Dauid,)opere בְּרִכּוֹב circuitus.rotunditatis.

צָפְצַף Garrire more auiũ. Sicut enim דִּבֵּר eſt homi num,ſic צִפְצֵף auiũ. In pihél,Ieſah.10.14,& aperiens os,וּמְצַפְצְפִים & garriẽs. Et 8.19,הַמְצַפְצְפִים qui garriunt,& loquuntur. Et צְפְצָפָה eſt ſpecies Salicis vilis, inquit R.D.in lib.rad. vt exponunt doctores. Iechez. 17.4, צְפְצָפָה שָׂמוֹ ſalicem poſuit illud.i.vt ſalix vilis ponitur,poſuit illud.Sunt qui exponunt,Ego feci eos vt ſalicem magnã iuxta aquas multas,& ipſi poſuerũt ſeipſos vt ſalicem magnã inter montes. Et ſecundũ verba doctorũ,שָׂמוֹ exponitur,Poſuit Iſraél ſeipſum. Thar ghum,vitem plantatã poſuit illud.acſi dicat,quanquã accepit ſemen,tamen ſemen eius poſuit ſicut vitẽ plantatam,quia cito creuit. granũ enim ſatũ non cito germinat vt vitis plantata, inquit R.D.in cõm.& lib.ra.

צָרְפַת Gallia. Hobadiáh 20,עַד־צָרְפַת vſque ad Galliam.Eſt & nomen vrbis in Sidón,1.Reg.17. 9,ſurge,vade צָרְפַתָה in Sarphath.

Nomen quinque literarum.

צְפַרְדֵּעַ Rana. Pſal.78.44,וּצְפַרְדֵּעַ & ranam. Exod. 8.3,& producet fluuius צְפַרְדְּעִים ranas.

ק

קָאָה Eſt radicalis litera,nunquã deſeruiens. Vnde קָאַת, Onocrotalus. auis cygno ſimilis:ſic dicta,quòd collum in aqua mergens,ſpiránſque,veluti ruditum aſini edat. R.Ionáh in hac radice hoc nomen citauit : & adduxit קָאָה cum ה,& dixit,Et iam mutarunt ה in ת, & dixerunt קָאַת.Sed quum non inueniatur קָאָה cum ת, cur arbitratus eſt radicem קָאַת eſſe קָאָה? At rectum eſt vt ת ſit radicale , & ſit ad ſimilitudinem רָבַר , & in regimine קָאַת ſicut רִבַּר.Ieſah.34.11,& hæreditabunt eam קָאַת onocrotalus,& ericius.Eſt auis quæ in Miſnáh dicitur קִיק auis ſolitaria,quæ inuenitur in maritimis locis.Pſa.102.7,ſimilis ſum לְקָאַת onocrotalo ſolitudinis.

קָאָה Euomere. Leuit.18.28, quẽadmodum הַגּוֹי euomuit gẽtem. Irme.25.27,inebriamini, וְקִיאוּ & vomite.Scribitur cum ו,וְקָאוּ:& legitur cum י,וְקִיאוּ. Radix eſt קָאָה,& י eſt vice א, inquit R.D. in cõment.& lib.rad. Et in hifhíl,Prouerb.25.16,וְהַקְאֻתּוֹ & euomas illud.Leuit.20.22,וְלֹא־תָקִיא אֶתְכֶם הָאָרֶץ & nõ euomet vos terra. קִיא,quære in קוּא.

קַב Cabus:mẽſura continẽs ſextã partem ſati.2.Reg. 6.25,& quarta pars הַקַּב ſtercoris &c.Rectũ videtur vt radix eius ſit קַבַּב,quia in plurali dagheſſatur קַבִּים.

קָבַב Maledicere.Num.23.31,וְקַבֹּתִי & maledices ei mihi inde.Et 24.10,לָקֹב אֹיְבַי ad maledicendum inimicis meis vocaui te.Item 22.11,קָבָה־לִּי אֹתוֹ maledic mihi illũ. ב ſecũdum normã debuerat dagheſſari: & quia abſtulerunt daghés,camés chathéph trãſiuit in camés

hifhil, Exo.26.5, מַקְבֵּלֹת oppositi(sub.erunt)laqueoli al
ter alteri. Et קָבֹל est Corã, contra, eregione.2.Reg.15.
10, & percussit eũ קָבָל־עַם coram populo.1.percussit eum
palàm. Et sunt duæ dictiones. Vnde Tharghum habet
קֳדָם עַמָּא coram populo. Idem R.D.in cõment. Iechez.
26.9, & balistam קָבֳלֹו contra eam ponet &c. Vide מָחָה.

קָבַע Est גָּזַל, Rapere, & vi capere. Prouerb.22.23, וְקָבַע
אֶת־קֹבְעֵיהֶם נָפֶשׁ & rapiet à rapientibus eos ani-
mam. R.Abrahám in cõment. Et corrũpet, aut perdet,
vel rapiet. R.Leuí in cõmen. Et rapiet animam rapien
tis eos: quia rapiens pauperis bona, rapit eius vitã. R.
Himmanuél, Et rapiet rapientes eos rapina animæ. &
sensus est, capiet animã eorum. Vel dictio אֶת hoc loco
est vice מִן: vt sit, rapiet à rapiẽtibus eos animã eorum.
Malachi 3.8, הֲיִקְבַּע אָדָם אֱלֹהִים כִּי אַתֶּם קֹבְעִים אֹתִי וַאֲמַרְתֶּם בַּמֶּה
קְבַעֲנוּךָ nunquid rapiet homo Deũ, quia vos rapitis me?
Et dixistis, In quo rapuimus te? In decima, &c.1. Nun-
quid rapiet homo quæ Dei sunt, quòd vos rapitis mea?
Et dixistis, In quo rapuimus tua? Quia rapitis decimas
meas, & oblationes meas. Sic R.Abrahám & R.D. in
lib.rad.& commen. Nomen, קוֹבַע, Galea.1.Semu.17.
38, & posuit קוֹבַע galeam æneã. Est longum. Breue ve
ro, Ieche.23.24, וְקוֹבַע. Et iuxta Masóreth, non est illi si-
mile. Aliud, Iesa h.51.17, אֶת־קֻבַּעַת fæcem calicis sopo
ris bibisti. Vulgò פונדרליאש *fondrilles.*

קָבַץ Congregare.1.Reg.20.1, קָבַץ אֶת־כָּל־חֵילוֹ congre
gauit omnem exercitũ suum. Iechez.22.19, קָבַץ
אֶתְכֶם congrego vos. Sephan. 3.8, לְקָבְצִי מַמְלָכוֹת vt con-
gregem regna.1.Semu.7.5, קִבְצוּ אֶת־כָּל־יִשְׂרָאֵל congrega-
te vniuersum Israél. Proue.28.8, יִקְבְּצֶנּוּ congregabit eã.
Et in nifhál, Iehos.10.6, נִקְבְּצוּ congregati sunt. Irm.

latum, ait R.D.in Michlól. Et 23.13, וְקָבְנוֹ־לִי מִשָּׁם & ma-
ledic ei mihi(propter me)inde. Est dictio extranea, ait
R.D.in Michlól. Scripsit R.Ionáh radicem esse קָבַן: sed
non est rectum, quum non inueniamus talem radi-
cem: sed rectius est vt נ redũdet, aut quòd sit loco lite-
ræ geminandæ, vt dictum est in מָעֻזְנֶיהָ in עָזַז. Rectum
quoque est vt נ & ו sint signa pronominis passiui, vt so
let esse in futuro, vt יִשְׁמְרֶנּוּ קָבֶנּוּ. Et secundum normam
erat daghessandũ, sed est lene. Et cecidit daghés ex ge-
minato, & ex נ, & venit cũ chólem, sicut יִלְכְּדוּנוֹ, de quo
in לָכַד. Nume.23.8, cur אֶקֹּב לֹא קַבֹּה אֵל maledicã cui non
maledixit ei Deus? Nomen, Nume.25.8, & ingressus
post virũ Israél אֶל־הַקֻּבָּה tabernaculum secundũ. Et sine
daghés, Nũe.25.8, & perfodit ambos, virũ Israél, & mu
lierẽ אֶל־קֳבָתָהּ in tabernaculo eius. sub. mulieris. Vel, in
ventre eius, sicut Tharghũ בִּמְעָהָא. Et doctores Hebræo
rum exponunt, in loco turpitudinis eius. R.Ionáh scri
psit radicem esse קָבָה instar חָמָה. sed iam scripsimus ra-
dicẽ חָמָה esse יָחַם. Et quia in Misnáh legitur קֵיבַת in re-
gimine genitiui, ק cum seri, videtur quòd radix sit קוּב:
& sic קֳבָתָה erit ex quiescentibus, & eius singulare erit
קוֹבָה. & cũ pronomine mutatum est chólem in camés
chathéph. Vel est ex desinẽtibus in ה, & eius singulare
est קֹבֶת ad similitudinem שֹׁקֶת à שָׁקָה.

קֵבָה Ventriculus, Vide קוֹב.

קָבַל Suscipere, recipere, Acce
ptare, acquiescere. In
pihél, Estér 4.4, & non קִבֵּל acquieuit. Et 9.23, וְקִבֵּל & su
scepit quisque Iehudæorum illud quod cœperunt face
re.1.Paralip.21.11, קַבֶּל־לָךְ accipe tibi. Prouerb.19.20, וְקַבֵּל
מוּסָר & suscipe eruditionem.1.Paralip.12.18, וַיְקַבְּלֵם & su
scepit eos Dauid. Iiób 2.10, Etiã אֶת־הַטּוֹב נְקַבֵּל bonũ re-
cipiemus à Deo, & malum nõ נְקַבֵּל recipiemus? Et in

40.15,הַנִּקְבָּצִים qui congregantur ad te.Pſa.102.23,בְּהִקָּבֵץ quum congregati fuerint populi.Gene.49.2,הִקָּבְצוּ cõgregamini.congregate vos.Ieſah.60.7,יִקָּבְצוּ לָךְ congregabũtur tibi. Et in pihél, Deute.30.3,וְקִבֶּצְךָ & congregabitur. Ioél 2. 6, omnes facies קִבְּצוּ contraxerunt nigredinem.Ieſah.13.14,& non eſt מְקַבֵּץ congregans. Michàh 2.12,קַבֵּץ אֲקַבֵּץ congregando cõgregabo.Pſal.106.47,וְקַבְּצֵנוּ & congrega nos. Iechez.29.13, אֲקַבֵּץ אֶת־מִצְרַיִם congregabo AEgyptum. Et in puhál, Michàh 1. 7, quia de mercede meretricis קִבְּצָה(pro תִּקְבֹּצָה) congregata eſt.Eſt enim chiric loco ſurec, vt ſcripſit R.Ionàh. Sed rectum eſt vt ſit ex pihél. i. congregauit Somrón quæ ſunt ſibi.Et ita exponit R.Abrahàm auenhezra in comment.R.Hannaghid exponit vt R.Ionàh. Et in hithpahál,Iudi.9.47,& nuntiatum eſt ipſi Abimélech quòd הִתְקַבְּצוּ congregati eſſent.Ieſah.44.11,יִתְקַבְּצוּ congregabuntur. Nomen,Ieſah.57.13, Quum clamaueris,liberent te קִבּוּצַיִךְ congregationes tuæ.

קָבַר Sepelire.Gen.23.19,קָבַר אַבְרָהָם אֶת־שָׂרָה Sepeliuit Abrahàm Sarah vxorem ſuam. 2. Reg. 9.10, & non erit קֹבֵר ſepeliens.Et cum ו,Pſal.79.3,וְקוֹבֵר. Deute. 21. 23, קָבוֹר תִּקְבְּרֶנּוּ ſepeliendo ſepelies eum. Irme.19.11, לִקְבוֹר ad ſepeliendum.Gen.23.6,קְבֹר אֶת־מֵתֶךָ ſepeli mortuum tuũ.Deuter.34.6,וַיִּקְבֹּר אֹתוֹ & ſepeliuit eum. Geneſ.47.29,אַל־נָא תִקְבְּרֵנִי ne quæſo ſepelias me in AEgypto. Et in nifhál, Ruth 1.17,& ibi אֶקָּבֵר ſepeliar. Et in pihél, Irme. 14. 16, & non erit מְקַבֵּר לָהֶמָּה ſepeliens eos.Hoſe.9.5,Moph תְּקַבְּרֵם ſepeliet eos. Et in puhal, Gene.25.10,illic קֻבַּר ſepultus eſt Abrahàm. Nomen, Pſal.5.10,קֶבֶר פָּתוּחַ ſepulchrum patens guttur eorũ. Geneſ.23.6,מִקְבָּרֵנוּ ſepulchrum ſuũ.Exo.14.11,קְבָרִים ſepul

chra.Irm.8.1,educẽt oſſa &c.מִקִּבְרֵיהֶם de ſepulchris eorum.Et cum ה fœmineo. Ieſah.14.20,בִּקְבוּרָה in ſepultura.Gene.35.20,קִבְרַת רָחֵל ſepulchrũ Rachél.Iiob 21.32, & ipſe לִקְבָרוֹת ad ſepulchra(.i.ad vnum è ſepulchris)ducetur.Iechez.37.12,קִבְרוֹתֵיכֶם ſepulchra veſtra.

קָדַד Adorare,incuruare ſe,humiliare verticẽ.Gene. 24.48,וָאֶקֹּד וָאֶשְׁתַּחֲוֶה & incuruaui me,& adoraui. Exo.4.31,וַיִּקְּדוּ & incuruauerũt ſe,& adorauerũt. Nomen geminatum,קֻדְקֹד,Vertex capitis, Summa pars capitis in qua capilli diuiduntur,parte vna ad dexteram, altera ad ſiniſtrã tendente.Pſal.68.22, Tranſfiget caput inimicorum ſuorũ קָדְקֹד שֵׂעָר verticem capilli.i.diuidẽtem capillos ad dexterã, & ad ſiniſtram. Deuter.28.35, vſque ad קָדְקָדֶךָ verticem tuũ. Alia forma,קְדָה,Caſia. Vnde Hebræi exponunt קְצִיעָה caſiam,quam Græci etiã κασίαν appellant. Iechez. 27. 19,קְדָה caſiam, & calamũ. Exod.30.24,וְקִדָּה & caſiæ quingentos ſeclos.Vbi Tharghum habet וּקְצִיעְתָּא & caſiæ.

קָדַח Ardere.Et intranſitiuum & tranſitiuũ.Deute. 32.22,Ignis קָדְחָה ſuccenſus eſt(exarſit)in furore meo.Ieſa.50.11, קָדְחֵי אֵשׁ ſuccendentes ignem.Et 64.2, כְּקָדַח אֵשׁ ſicut ardet ignis. Nomen,præpoſito א,אֶקְדָּח, Genus lapidis pretioſi, ſic forſan appellati quòd illius aſpectus ſit vt ignis. Ieſah. 54. 12, & portas tuas אַקְדָּחִים è lapidibus carbunculi. R. Abrahàm in cõment. lapidem ſcribit eſſe pretioſum.R.D.in comment. ſcribit ל ſignificare ipſos.i.ponã ipſos lapides.vel eſt vt את accuſandi caſus ſignum,ſicut Exo.27.3,לְכָל־כֵּלָיו omnia vaſa facies ænea. Et אֶקְדָּח eſt lapis pretioſus ſplendens vt ignis, ſicut Iechez.28.14,in medio lapidum ignis.i. ſplendentiũ vt ignis.Tharghum,לְאַבְנֵי גְמַר lapides car-

מִזְרָחָה ad Orientem, ad Orientẽ. aut ortum. ſub. ſolis. Vel, ad angulum Orientis &c. Nomen fœmineum, קַדְמָה, Antiquitas, initium, ante: inſtar שַׁלְמָה. & קַדְמָה inſtar שִׂמְלָה. Gene. 2. 14, ipſe vadit קִדְמַת ante Aſſur. Pſal. 129. 6, ſint ſicut herba tectorũ שֶׁקַּדְמַת quæ antequã egrediatur, aruit. Ieſa. 23. 7, à diebus קֶדֶם קַדְמָתָהּ antiquitatis (antiquis) antiquitas eius. ה habet mappic. Iech. 36. 11, & redire faciã vos כְּקַדְמוֹתֵיכֶם ſecũdũ antiquitates veſtras.

Alia forma, Iud. 5. 21, Torrẽs Chiſón traxit eos, torrẽs קְדוּמִים antiquitatũ. Tharghũ, torrẽs Chiſón traxit eos, torrẽs in quo facta ſunt ſigna, & fortitudines ab initio Iſraeli, eſt torrens Chiſón. Et in comment. exponitur, torrens antiquitatũ. i. torrens qui fuit ibi ab initio, acſi creatus fuiſſet ibi ab initio ad capiẽdã vltionẽ de inimicis eorũ, iuxta illud Prouer. 16. 4, Omnia operatus eſt Dominus propter ſeipſum. Tóar קַדְמוֹנִי, Antiquus, priſcus, Orientalis. 1. Semu. 24. 14, quemadmodũ dicit prouerbium הַקַּדְמֹנִי antiqui. caſu generandi, non antiquum. R. D. in cõment. Prouerbio antiquo. i. hominis antiqui, quia eſt סָמוּךְ, id eſt in regimine genitiui, acſi dicat, primi qui dixit prouerbiũ hoc, quod fuit poſtea in ore omnium hominũ. Tharghum, Quemadmodũ dicit prouerbium דְּמִלְקַדְמִין quod eſt ab initio. Zechar. 14. 8, ad mare הַקַּדְמוֹנִי Orientale. Iiób 18. 20, וְקַדְמֹנִים & antiqui apprehenderũt pauorem. vel turbinẽ, ſecundum Tharghum, & R. Leuí in cõmen. Ieche. 47. 7, aquæ iſtæ quæ egrediuntur ad Gheliláh הַקַּדְמוֹנָה Orientalem. R. D. in comment. Gheliláh eſt nomen prouinciæ, ſiue regionis, vel termini: ſicut Ioél 3. 4, Et omnes Gheliláth Peléſeth. & קַדְמוֹנָה ſignificat מִזְרָחִית Orientalem. Ventus quoque qui flat ab Oriẽte, vocatur קָדִים, Sub-

bunculi. Nã pro גַּחֶלֶת carbo, prunæ, habet גּוּמְרָא. Aliud, קַדַּחַת, AEgritudo exurens præ nimia caliditate, quam appellãt אֵשׁ שֶׁל־עֲצָמוֹת ignem oſſium. Leui. 26. 16, וְאֶת־הַקַּדַּחַת & ardorem. ſeu febrem ardentem.

קֶדֶם Vnde קֶדֶם cum ſex punctis, Ante, antequam, Priuſquam, Antiquitas, Initiũ, principium, Oriens ſiue pars Orientalis. Gene. 29. 1, ad terram filiorũ קֶדֶם Orientis. & ſic Tharghum, מְדִינְחָא Orientis. Deute. 33. 15, & de vertice montiũ קֶדֶם antiquitatis. i. antiquorum. Et 27, habitaculum Deus קֶדֶם principii. i. Deus qui eſt ab initio, hoc eſt ab æterno. Tharghum, habitaculũ Dei דְּמִלְקַדְמִין qui eſt ab initio. 2. Reg. 19. 24, nónne audiſti à longinquo, illud quod feci לְמִימֵי קֶדֶם à diebus antiquitatis. i. prioribus, & antiquis? Irme. 46. 26, ſecundũ dies קֶדֶם antiquitatis. i. antiquos. Pſa. 55. 20, manens קֶדֶם ab initio. R. D, Deus qui prior eſt omnidus creaturis ſuis. R. Abrahám, habitãs קֶדֶם, hoc eſt עַד in ſeculũ. Pſal. 119. 152, קֶדֶם antea (aut ab initio) cognoui &c. Et 139. 5, retro וְקֶדֶם & ante formaſti me. Vide צור. Irme. 30. 20, & erunt filii eius כְּקֶדֶם ſicut antea. Tharghum, כַּדְמִלְקַדְמִין ſicut ab initio. Geneſ. 2. 8, & plantauit (. i. & iam plantauerat) Dominus Deus hortum in Héden מִקֶּדֶם ab Oriente, vel ab initio: & ita habet Tharghum, מִלְּקַדְמִין ab initio. Et 3. 24, collocauit מִקֶּדֶם ab oriente horti. Tharghum ſimiliter מִלְּקַדְמִין ante hortũ. Ieho. 7. 2, מִקֶּדֶם לְבֵית־אֵל ante Bethel. Plurale, קְדָמִים. & in regimine קַדְמֵי. Prouerb. 8. 23, מִקַּדְמֵי־אָרֶץ ab initiis terræ. Et cũ ה in fine loco ל, vel אֶל in principio. Gene. 25. 6, קֵדְמָה ad Orientem. Et 13. 14, & ad Meridiẽ וְקֵדְמָה & ad Orientem. Interdũ iunguntur duo ſynonyma, quorum poſterius eſt magis notum: vt Exo. 27. 13, & latitudo atrii ad plagam קֵדְמָה

solanus,Eurus, Vulturnus. Subsolanus est ab Oriente æquinoctiali, ad Septentrionem Vulturnus, ad Meridiē Eurus.In Sacris literis plærunque additur רוּחַ ventus:vt Exo.10.13, duxit רוּחַ קָדִים ventum Orientalē. Irme.18.17, בְּרוּחַ־קָדִים vento Orientali dispergā eos. Plæraque exemplaria habent ב.vnde R.D.in cōmen. hoc modo scribit,Sicut ventus Orientalis qui est vehemēs, & dispergit quisquilias,& alia minuta,sic dispergā eos coram inimico,quia ante illū fugient huc & illuc. Et Tharghum, Sicut dispergit ventus Orientalis, dispergam eos &c.Genes.41.6,spicæ tenues, & arefactæ קְדִים Subsolano.Hose.12.1, Ephráim pascitur vētum,& persequitur קָדִים Subsolanū. R.D. in comment. Ephráim colens vitulos similis est aperienti os suū vento,& pascenti illum,ex quo non viuit,& sequenti Subsolanū. Idem repetit in dictionibus distinctis. Et memorauit Subsolanū,siue Eurū,qui vt est vehementissimus inter ventos,& homines lædit:sic & illi non modo sibi,verū etiam & aliis erāt nocumēto in vitulorū cultu. Chab. 1.9, קְדִימָה ad Orientē. Fit autem à קָדַם,verbú in pihél, pro Præuenire,præoccupare. Ionáh 4.2,ideo קִדַּמְתִּי præoccupaui(præueni)vt fugerem in Tharsis. Psa.119.147, קִדַּמְתִּי præueni in crepusculo,i.adhuc existente nocte, præueni omnem hominē qui surgebat ad orandū. Psa. 17.13, קַדְּמָה פָּנָיו præueni faciem eius.sub.cū ira tua. Michá 6.6, in quo אַקְדֵּם יְהוָה præoccupabo (præueniam) Dominū: &c. הַאֲקַדְּמֶנּוּ num præueniā eū &c. Psal.59.11, Nomen אֱלֹהֵי חַסְדִּי Deus misericordiæ meæ præueniet me. quòd חַסְדּוֹ scribitur cum ו,& legitur cum י, quia duplex est lectio:חַסְדִּי misericordiæ eius,& legitur חַסְדִּי miseri-

cordiæ meæ: & sensus est idem, inquit R. D. in commen.Scriptura est de Deo faciente misericordiam:lectio est de Dauíd recipiente misericordiá.Literæ enim deseruientes, tam actiue quàm passiue deseruiunt, vt Psa.2.6,& ego regnare feci מַלְכִּי regem meum.i.regem quē ego regnare feci. Et 74.12, Et Deus מַלְכִּי rex meus ab initio. R.Abrahám in comment. Deus misericordiæ meæ. i. qui est causa misericordiæ meæ . nouit enim quòd in illos non sum præuaricatus,ideo ipse præueniet me reddendo illis secundum opus illorum. R. Himmanuél in comment.Deus qui consuecuit facere misericordiam mecum,præueniet me salus eius,quam quam illā non merear. Et idcirco dixit,præueniet me: vt scilicet mecū faciat bonū.Vel,ibit ante me vt saluū me faciat,iuxta illud Michāh 2.13, & transiuit rex eorū ante eos,& Dominus in capite illorum. Et in hifhil, Iiób 41.2, מִי הִקְדִּימַנִי quis præueniet me,& perficiam:R. D.in cōm. Dixit Deus ad Iiób, Vt quid aduersum me murmuras?num quippiá tibi debeo,quod non reddiderim?Quis est qui præuenerit me in misericordia(.i.qui aliquid misericordiæ impartitus sit mihi,)& reddā illi? Hoc dixit,quòd Deus & in vtero matris facit misericordiā,idcirco non est qui illum præueniat. Hamós 9.10, nō accedet וְתַקְדִּים nec præueniet propter nos malum.

קָדַר Tenebrescere, nigrescere, Pullatis indui vestibus. Michāh 3.6, וְקָדַר & tenebrescet super eos dies.Irme.8.21, super contritione filiæ populi mei contritus sum, קֹדַרְתִּי pullatis vestibus indui me.Psal.35.14, tanquam lugens matrem, קֹדֵר pullatus humiliaui me. R.Abrahám in cōment.Dixit pullatus:quoniam mos lugentis est vt nigro seipsum induat. R.Dauid, Sicut

filius lugens matrem mortuam,obſcuratus humiliatui me. facies enim lugentis, dolore, & luctu obſcuratur.Vel dixit de veſte,pullatus. R.Ioſéph Kimchi,Sicut lactens lugens mortua matre , quia non eſt qui lactet illum,obſcuratus &c.Iiob 6.16,הַקֹּדְרִים qui(ſub. torrentes) denigrantur à glacie. Glacie enim reſoluta multiplicantur aquæ,& inundãt terram,& aquæ nigræ efficiuntur:nix etiã quæ in illas ceciderit, latet vt plurimum,ob illarum obſcuritatem.Et in hifhíl,Iechez.32.7,וְהִקְדַּרְתִּי אֶת־כּוֹכְבֵיהֶם & tenebreſcere(obſcurari)faciã ſtellas eorũ.Et 32.8, omnia luminaria lucis in cælis אַקְדִּירֵם nigreſcere(obſcurari) faciam ſuper te. Et in hithpahál, 1.Reg.18. 45, הִתְקַדְּרוּ obtenebrati ſunt nubibus.

Nomen, Ieſah.50.3, Induam cælos קַדְרוּת nigredine.

Alia forma,Malachi 3.14, Et quod ambulauerimus קְדֹרָנִית obſcure.i.humiliter. Hebræi etiã vas in quo aliquid coquitur,vocant קְדֵירָה caldariam,lebetem,ob nigredinem propter ignem qui fit ſub illa.

קדש Sanctificare, Præparare, Immundum eſſe. inuenitur enim in laudem & vituperium,inquit R. Abrahám.Exod.29.21,וְקִדַּשׁ & ſanctificabitur ipſe.Ieſa. 65.5,ne appropinques ad me,quia קָדַשְׁתִּיךָ ſanctior ſum te. R.D.in lib.rad.& commen.& R.Abrahám ſcribũt eſſe intranſitiuum, vnde exponunt, קָדַשְׁתִּי מִמֶּךָ,aut אֲנִי קָדוֹשׁ מִמֶּךָ ſanctior ſum te.Exod.29.37,omne quod tetigerit altare,יִקְדַּשׁ ſanctificabitur. Chag.2.13,ſi acceperit quiſpiam carnem ſanctitatis &c.הֵיקָדֵשׁ nónne ſanctificabitur? R.Abrahám, & R.D.in lib.rad.& in cõment. exponunt,nónne immundus erit?ſub.cibus, ſecũdum R.D.Et reſpõderunt ſacerdotes,& dixerunt,Non. Interrogat propheta ſacerdotes, dicens, Si acceperit &c.

quia ſcriptum eſt Leuit.6.26,Omne quod tetigerit carnem eius,ſanctificabitur: an tangens vas, vel oram in quo,vel in qua fuit caro ſanctitatis,vel panis,vel aliud ex his quæ memorata ſunt, ſit immundus. Et reſponderunt &c. Et rectum eſt verbum: quia nõ tetigit carnem &c.ſed tantum oram,& ſic non fuit immundus. Et quod dixit, Omne quod tetigerit carnem ejus,ſanctificabitur: eſt ſenſus,Omne comeſtibile quod tetigerit carnem oblationis pro peccato, & occultatum fuerit ab illo, ſanctificabitur.i. erit ſanctitas ſicut ipſum, &c. Deuter.22.9,Non ſeminabis vineam tuam diuerſo ſeminum genere,ne forte תִּקְדַּשׁ ſanctificetur plenitudo,ſemẽ quod ſeminaueris,& fructus vineæ.i.ne fortè prohibeatur tibi ſicut ſanctitas. Et in nifhál,Exo. 29.43,וְנִקְדַּשׁ & ſanctificabitur in gloria mea.Iechez.36. 23,& ſcient gentes &c. בְּהִקָּדְשִׁי quum ſanctificatus fuero in vobis. Nume.20.13, וַיִּקָּדֵשׁ בָּם & ſanctificabitur in eis. Et in pihél,1.Reg.8.64,אֶת־תּוֹךְ הֶחָצֵר קִדַּשׁ ſanctificauit rex medium atrii.Michàh 3.5,וְקִדְּשׁוּ עָלָיו מִלְחָמָה & præparabũt aduerſus illum bellum. Nechem.3.1,& ædificauerunt portã ouium, & ipſi קִדְּשׁוּהוּ ſanctificauerunt illam.vel inſtaurauerunt illam.Iechez.37.28,ego Dominus מְקַדֵּשׁ אֶת־יִשְׂרָאֵל ſanctifico Iſraél. Et 48.11, ſacerdotibus הַמְקֻדָּשׁ ſanctificato (pro ſanctificatis) de filiis Sadóc.Tharghũ,Sacerdotibus qui ſanctificati ſunt. Idem R.D.in cõment. qui ſcribit eſſe tanquã vniuerſale,pro הַמְקֻדָּשִׁים qui ſanctificati ſũt. Ieche.46.20,מְקַדֵּשׁ אֶת־הָעָם ad ſanctificandum populum. Exod.13.2, קַדֶּשׁ־לִי כָל־בְּכוֹר ſanctifica mihi omne primogenitum. Et 19.14, וַיְקַדֵּשׁ אֶת־הָעָם & præparauit populum. Idem Tharghũ, וְזַמִּין & præparauit.1.Semu.16.5,וַיְקַדֵּשׁ אֶת־יִשַׁי & præpara-

uit Iſái,& filios eius. Tharghú,& R.D.in cõmen.præparauit.Iiob 1.5,וַיְקַדֵּשֵׁם & ſanctificabat illos.vel & præparabat eos,ſecundum Tharghum. Idem R.Moſéh,& R.Abrahám Peruſól in cõment. præparabat enim eos ad cultum Dei, & ad offerendum holocauſta lotis veſtibus. Iechez.44.19,& non יְקַדְּשׁוּ אֶת־הָעָם ſanctificabũt (vel præparabunt)populum in veſtibus ſuis.Tharghũ, יִתְעָרְבוּן miſcebunt ſe cũ populo. R.D.in cõment.ſanctificabunt: quia ſi tetigiſſent populum veſtibus ſacerdotalibus, quæ erant ſanctitas (.i. ſanctificatæ) viſum fuiſſet,populum eſſe ſanctum ſicut & ipſi. Et ad hunc modum vertit Ionathán in Tharghũ, 2.Paralip.29.17, וְקִדְּשׁוּ & ſanctificauerunt domũ Domini. Et in hifhil,2.Semu.8.11,etiam אוֹתָם הִקְדִּישׁ illa ſanctificare fecit rex Dauid.Sephan.1.7,הִקְדִּישׁ קָרְאָיו præparare fecit inuitatos ſuos.Idem R.Abrahám in cõmen.& R.D.Irme. 1.5, & antequã exires de vulua הִקְדַּשְׁתִּיךָ ſanctificaui te. vel præparaui,ſecundum Tharghú.Idem R.D.qui exponit, præparaui te(ſiue diſpoſui)vt eſſes. Leuit. 27.15, הַמַּקְדִּישׁ qui ſanctificat. Irme.12.3,וְקַדְּשֵׁם & præpara eos ad diẽ occiſionis.Idem R.Selomóh,R.Dauid,& Tharghum. Et in hithpahál,Ieſah.30.29,canticũ erit vobis כְּלֵיל הִתְקַדֶּשׁ חָג ſicut in nocte qua ſanctificatur (vel ſanctificata fuit)ſolennitas.i.péſach. vnde dicunt antiqui(inquit R. Abrahám) quòd in nocte péſach exciſa (exterminata)fuerunt caſtra Aſſúr.Tharghũ,Laus erit vobis ſicut in nocte in qua ſanctificata fuit ſolennitas. R.D.in cõment. Ipſo die in quo erit plaga Aſſúr, erit vobis inhabitantibus Ieruſaláim canticum, atque lætitia ſicut in nocte qua ſanctificatur ſolennitas. Leuit.11.44,וְהִתְקַדִּשְׁתֶּם & ſanctificabimini &c.ר cum chiríc,quia

eſt ab הִתְקַדֵּשׁ cum ſeri.Si enim eſſet ab הִתְקַדֵּשׁ cum pathách,ד eſſet cum pathách, teſte R.D.in Michlól. R. Selomóh in cõment. exponit, Et ſanctificate voſipſos inferne,& eritis ſancti: quia ego ſãctificabo vos ſuperne,& in ſæculo venturo. Nume.11.18,הִתְקַדְּשׁוּ præparate vos ad craſtinũ.ſic etiam Tharghú,אִזְדַּמְּנוּ. R.quoque Selomóh exponit,Præparate voſipſos ad vltiones:ſicut Irme.12.3, Præpara eos ad diem occiſionis. R. quoque Abrahám in cõment. verbum ſcribit inueniri in laudem & vituperiũ. 1.Semu.16.5,הִתְקַדְּשׁוּ præparate vos. ſic Tharghũ,& R.D.in cõment. Ieſah.66.17,הַמִּתְקַדְּשִׁים qui ſanctificant ſe,& mundant ſe in hortis.Vel ſecundum Tharghú, Qui præparant,& mundant ſe in hortis. Significat enim hithpahál actionẽ immanentem, ſecundum cõmunem doctorũ Hebræorum opinionẽ. Et ſic Deut.29.19,וְהִתְבָּרֵךְ & benedicet ſeipſum in corde ſuo. quia non erit benedictus,ſed in corde ſuo putabit ſe eſſe benedictũ.Et Prouer.12.9,melior eſt ignobilis cui eſt ſeruus,מִתְכַּבֵּד quàm qui ſe oſtendit gloriſum ac diuitem, & indiget pane. Ita hoc loco, Qui ſe oſtendunt ſanctificatos & mundos,& tamen ſunt immundi in hortis.i.in piſcinis aquarũ quæ ſunt in hortis,inquit R.D. 2.Semu.11.4,& ipſa מִתְקַדֶּשֶׁת ſanctificauerat ſe ab immunditia ſua.i.à menſtruo ſuo. R.Leui in cõment.Et ipſa erat tunc lota,vt eſſet múda ab immunditia ſua.R.D.in cõment. Hoc dixit,vt oſtẽderet ſe rem non habiturũ fuiſſe cũ illa,ſi fuiſſet immunda: ſed iam erat purificata ab immunditia ſua . Erat enim peculiaris lotio ad talem ſanctificationẽ faciẽdam.vnde dixit quòd viderat illam ſe lauantẽ. 2.Paralip.29.34, quia leuitæ erant recti corde,לְהִתְקַדֵּשׁ vt ſanctificarẽtur

magis ſacerdotes. Dixit paulò ſuprà, quòd iuuerũt eos (ſub. ſacerdotes) leuitæ, donec cõplerent opus, & donec ſanctificarentur ſacerdotes: quia leuitæ erãt recti corde ad ſanctificandum ſe magis quàm ſacerdotes. Expo nit, cur ſanctificaſſent ſe leuitæ, & nõ ſacerdotes: quia videlicet leuitæ erant puri & recti corde ad ſanctifican dum ſe magis quàm ſacerdotes, vt exponitur in com ment. Et eodem verſu, donec יִתְקַדְּשׁוּ ſanctificarent ſe.

Tóar, קָדוֹשׁ, Sanctus. Exo. 29.31, in loco קֹדֶשׁ ſancto. Ie ſaiah. 6.3, dicebant, קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ ſanctus, ſanctus, ſanctus. Pſal. 46.5, lætificabunt ciuitatẽ Dei קֹדֶשׁ ſanctam habitaculorum Altiſſimi. i. lætificabunt habitatores ci uitatis, quæ eſt ſancta inter habitacula Altiſſimi, vt ex ponit R. Abrahám. Et R. Dauid, lætificabũt ciuitatem Dei. i. Ieruſaláim, quæ eſt locus ſãctior inter habitacu la Altiſſimi. Omnis enim terra Iſraél eſt habitaculũ, & locus Altiſſimi: ſed Ieruſaláim eſt ſanctior locus. Et 65.5, ſaturabimur בְּטוּב bono domus tuæ קֹדֶשׁ ſanctioris loci tabernaculi tui. R. Abrahã exponit, Saturabimur delectatione animæ in cultu Dei, in domo ſanctuarii, in bonitate ſancti tabernaculi tui. Repetẽda enim eſt dictio בְּטוּב. Sunt qui exponũt, in bonitate domus tuæ, tu ſanctus in tabernaculo tuo. R. D. in cõmen. Loqui tur in perſona illorum qui futuri ſunt tẽpore ſalutis, Saturabimur in bonitate domus tuæ. acſi dicat, In glo ria quæ habitabit ibi in loco ſanctiori tabernaculi tui. i. in adyto vbi eſt arca manens cum gloria. Zecha. 14. 5, omnes קְדוֹשִׁים ſancti tecum. Leuit. 19.2, קְדֹשִׁים ſancti e ritis. Subſtantiuũ, קֹדֶשׁ, Sanctitas, Sanctificatio. Exod. 3.5, terra קֹדֶשׁ הִוא ſanctitatis eſt. i. locus ſanctus eſt. Et ita habet Tharghũ. Pſal. 20.3, mittat auxilium tuum מִקֹּדֶשׁ de

de ſanctitate. i. de loco arcæ, inquit R. Abrahám. Thar ghum, de domo ſanctuarii ſui. R. Dauid, de domo (aut templo) in qua erat arca, quia ibi erat gloria. Et 3.5, & exaudiuit me de mõte קָדְשׁוֹ ſanctitatis ſuæ. i. de Siõn qui appellatur mons ſanctitatis eius, propter arcã quæ ibi erat. Vel, de mõte ſanctitatis eius. i. de cælo. Et 11.4, Dominus in tẽplo קָדְשׁוֹ ſanctitatis ſuæ. i. in cælo. R. A brahám & R. D. Vnde idem repetẽs, Dominus, inquit, in cælo ſedes eius. Itẽ 114.2, Fuit Iehudáh לְקָדְשׁוֹ in ſan ctificationem eius. Ieche. 36.38, ſicut oues קָדְשִׁים ſancti ficationũ. 1. Reg. 15.15, & introduxit אֶת קָדְשֵׁי אָבִיו וְקָדְשָׁיו patris ſui, & ſan ctificationes (. i. ſanctificata) patris ſui, & ſan ctificationes domus Domini. Iechez. 22.8, קָדָשַׁי ſanctificationes meas diripuiſti. ף cum camés lato, inquit R. D. Alia forma, præpoſito מ: & ף dagheſſato inter dũ euphoniæ gratia, ſecũdum R. D. in Michlól: eſt San ctificatio, Sanctuarium, domus ſanctitatis, Palatiũ re gium: ſic dictũ, quòd ſit vt ſanctuariũ in quod non in greditur niſi notus. Locus itẽ ad quem homini eſt re fugium. Exod. 15.17, loco &c. quẽ operatus es Domine, מִקְדָּשׁ ſanctuariũ Domine quod firmauerũt (aut parauerunt. i. operatæ ſunt. R. Abra.) manus tuæ. Secundũ R. D. in Michlól, ף eſt cũ daghés euphoniæ gratia: vel re dundat, ſecũdum R. Abrahám in cõmen. Et quia ף eſt cum ſeuá moto, ר eſt lene, quia in tota Scriptura non eſt daghés poſt ſeuá motum, niſi in שְׁתֵּים. Ieche. 48.10, Et erit מִקְדַּשׁ יְהוָה ſanctuarium Domini in medio eius. Exod. 25.7, & faciẽt mihi מִקְדָּשׁ ſanctuariũ. Hamós 7.13, quia מִקְדַּשׁ מֶלֶךְ הוּא palatium regis eſt, & domus regni eſt. R. Abrahám in cõment. idem repeti ſcribit. Iſaiah. 8.14, & erit לְמִקְדָּשׁ in palatiũ. Ita quidam exponunt (ut

quit R.D.in lib.ra.& eſt expoſitio R.Abrahã in cõm.)
acſi dicat, locus vt confugiat ad ipſum homo. Secun-
dũ hoc, ſenſus eſt, Et erit &c. duabus domibus Iſraél,
vni ad bonũ, alteri ad malum: quia Sebná, & coniurati
eius, fecerũt pacem cũ rege Aſſúr: ſed Chizchiiáh cum
ſibi adhærẽtibus noluit facere pacem. Et hoc eſt quod
dixit ſuprà, verſu 12, Ne dicatis, Coniuratio &c. Ex quo
apparet partem populi cóiuraſſe vt vrbem traderet in
manu regis Aſſúr, qui dicebat regi Chizchiiáh, & illi
adhærentibus, Erit nomen Domini in palatiũ ad con
fugiẽdum in illud, & in domũ coniurationum erit in
lapidem percuſſionis. Poteſt etiam exponi, in præpara
tionem, ſcilicet vltionum. acſi dicat, In offendiculum
coram illis erit, quẽadmodum dixit Ieche.3.20, Et da-
bo offendiculum corã eo. Tunc erit ſenſus, duabus do
mibus Iſraél.i. Pécach filii Remaliáhu, & Sebná & con
iuratis eius, vterque enim optabat ruinã regni domus
Dauid. Inhabitanti Ieruſaláim.i. Chizchiiáh, & illi ad-
hærentibus, ero illis in palatiũ paruum: ſecundum il-
lud Prouerb.18.10, Turris fortitudinis nomen Domi-
ni. Ieſa.16.12, & ingredietur אֶל־מִקְדָּשׁוֹ ſanctuariũ ſuum
vt oret.i. domũ ſanctuarii ſui, hoc eſt deorum ſuorum.
Et ſic habet Tharghum. Pſal.74.7, miſerũt in ignem
מִקְדָּשֶׁיךָ ſanctuarium tuum. ſcribitur tamẽ cum י ſigno
multitudinis. Et eſt hypallage, ſecũdum R.Bilhám, &
R.D.& R.Himmanuél in cõmen. pro, miſerũt ignem
in ſanctuariũ tuum. Sed ſecũdum R.Abrahám ſenſus
eſt, ignem fuiſſe in circuitu, acſi fuiſſet ſanctuariũ miſ
ſum in ignẽ. Iechez.21.7.& ſtilla ad מִקְדָּשִׁים ſanctuaria.
Pſal.73.17, donec ingrediar אֶל־מִקְדְּשֵׁי־אֵל ſãctuaria Dei.i.
mũdum angelorũ animarũmq; vbi finis eſt mercedis,

& retributio permanens, inquit R.D.in cõment. Ha-
mós 7.9, וּמִקְדְּשֵׁי & palatia Iſraél deſtruentur, ſecũdum
R.D.in cõment. Iechez.28.18, polluiſti מִקְדָּשֶׁיךָ ſanctua
ria tua. vel ſanctuarium tuum. Duplex enim eſt lectio,
cum י, & ſine י. Vel palatium tuum, vt exponit R.D.in
cõmen. & eſt rectũ. Pſal.68.36, terribilis Deus מִמִּקְדָּשֶׁיךָ
à ſanctuariis tuis. Scribitur cum י ſigno multitudinis:
quia ſanctuariũ infernum eſt diſpoſitũ ſecundum ſan
ctuarium ſupernum, quod eſt ſolium gloriæ. Vel dixit
numero multitudinis, quia in ſanctuario erãt tres do-
mus, אוּלָם porticus, הֵיכָל templum externũ, דְּבִיר oracu-
lum, adytũ, pars tẽpli interior. Iechez.7.26, & polluen-
tur מְקִדְּשֵׁיהֶם ſanctuaria illorũ, quod eſt ſicut מִקְדָּשֵׁיהֶם,
inquit R.D.in lib.ra. ſed eſt alterius ſpeciei: cuius ſin-
gulare eſt מִקְדָּשׁ inſtar מִתְעָב. Tóar in vituperiũ, מְקֻדָּשׁ,
Scortum maſculum: ſic dictũ, quòd ſit paratũ ad con-
cubitum, Cinædus. Deuter.23.17, tam fœmineũ, quàm
maſculeum, non erit קְדֵשָׁה ſcortum (meretrix) de filia-
bus Iſraél, neq; erit קָדֵשׁ cinædus de filiis Iſraél. 1.Reg.
14.24, & etiam קָדֵשׁ cinædus fuit in terra. Iób 36.14, &
vita eorum ſit בַּקְּדֵשִׁים inter cinædos. Hoſe.4.14, & cum
meretricibus ſacrificabant. הַקְּדֵשׁוֹת

קָהָה Obſtupeſcere, obtuſum fieri. Irme.31.29, patres
comederunt vuã acerbam, & dentes filiorum
תִּקְהֶינָה obſtupeſcent. Et in pihél, Eccleſi.10.10, ſi קָהָה
obtuſum (aut hebetatum) fuerit ferrum.

קָהַל In nifhál, Congregari, aut congregare ſe. Eſther
9.2, נִקְהֲלוּ congregati ſunt. Iechez.38.8, תִּקָּהֲלִים
quæ congregantur. Nume.16.42, בְּהִקָּהֵל dum congre-
garetur. Exod.32.1, וַיִּקָּהֵל & congregatus eſt. Et in hiſ-
híl, Iechez.38.13, הִקְהַלְתָּ congregaſti congregatio-

nem tuam. Leuit.8.3,וְאֶת כָּל־הָעֵדָה הַקְהֵל & omnem congregationem congrega.Deute.31.28,הַקְהֵילוּ congregate. Tóar fœmineũ,קֹהֶלֶת, Concionatrix,cõgregatrix, Eccleſ.12.8. & eſt epithetõ animæ eccleſiaſtis,quæ multam congregauerat ſapientiã. Nomen,Pſal.22.23,In medio קְהַל congregationis. Et cũ ה vocandi aduerbio, Nume.15.15,הַקָּהָל ô congregatio. Deuter.23.2, בִּקְהַל in congregatione.Ieche.27.34,קְהָלֶךָ cõgregatio tua. Alia forma, Deuter.33.4, legem præcepit לָנוּ nobis Moſeh,מוֹרָשָׁה קְהִלַּת יַעֲקֹב hæreditatem congregationi Iahacób.ל enim præcedens deſeruit dictioni קְהִלַּת.Vnde R. Abrahám in cõment. ſcribit quòd ל in לָנוּ, trahit ſe, & alteram ſecum: & ſic vertendum,hæreditatẽ,hæreditatem congregationi Iahacób. Et ſic Tharghum habet, לְכְנִשְׁת congregationi. Alia item,præpoſito מ,מַקְהֵל. Pſal.26.12,בְּמַקְהֲלִים in cõgregationibus. Forma fœminea,Pſal.68.27,בְּמַקְהֲלוֹת in eccleſiis benedicite Deo.

קוּא Vomere.Vnde קָאָה fœmineũ,vomuit,inſtar בָּאָה à בּוֹא:vel eſt à קָאָה,vide קָאָה: & ſic eſt inſtar עָשָׂה. Et in hifhíl,vide in prædicta radice. Nomen,Ieſa. 28.8,omnes menſæ repletæ ſunt קִיא vomitu. Et 19.14, בְּקִיאוֹ in vomitu ſuo.

קוֹב Vnde קֵבָה, Ventriculus,ſtomachus. Deuter.18.3, & maxillas,וְהַקֵּבָה & ſtomachum.Reliqua quæ ſolent à nonnullis citari in hac radice,quære in קבב.

קוה Præſtolari,expectare,Sperare,Congregare.Ieſa. 40.31,וְקוֵי יְהוָה & expectantes Dominũ. aut,ſperantes in Domino. ponitur pro וקוּוֵי. mutatũ eſt enim ו in י,inquit R.D. Et י quod deficit in ſcriptura,remanſit in pronuntiatione.ſcribitur enim cũ vno י tantum, quod eſt loco י radicali: י verò ſignum plurale latet,&

eſt in pronuntiatione. R.D.in cõmen.& lib.rad.Pſal. 25.3,קֻוֶּיךָ expectantes te.ſperãtes in te. Et in pihél,Ieſah.8.17, וְקִוֵּיתִי לוֹ & expectabo eum. ſperabo in eo,fidã illi.Pſal.56.7,קַוּוּ נַפְשִׁי expectauerunt animã meam.pro לְנַפְשִׁי. Et 40.2, קַוֹּה קִוִּיתִי Expectando expectaui Dominũ. Item 27.14,קַוֵּה אֶל־יְהוָה expecta Dominũ. Iób 17.13, אִם־אֲקַוֶּה ſi expectauero.vel ædificauero.Et eſt tranſlatio à קַו linea,aut filo quod in ædificãdo extenditur, vt exponit R.D.in lib.rad.Iób 3.9,יְקַו־לְאוֹר expectet lucem, Ieſah.51.5, אֵלַי אִיִּים יְקַוּוּ me inſulæ expectabunt. Et in nif hál,Congregare. Irme.3.17, וְנִקְוּוּ & congregabũtur ad eam omnes gentes. Nomen,קַו,Linea,Filum,Perpendiculum.Ieſah.18.2,gentem קַו־קַו lineatim operantem,& conculcatã. R.Dauid,paulatim,paulatim.metaphora à cæmentario. vt enim cæmentarius extenſa linea facit ordinem vnũ, & ſupra illum iterũ extendit vt faciat ordinẽ alium,& ita paulatim paulatim,donec perficiat parietem:ſic qui facit modo paululum,ſubin de aliud paululum, dicitur illud facere קַו־קַו lineatim. Et 28.10, קַו לָקַו קַו לָקַו linea ad lineam, linea ad lineam, R.D.vt paulo ſuprà.Sunt tamen(inquit)qui exponũt, ædificiũ poſt ædificium.acſi dicat,Præcipiebãt eis prophetæ præceptũ poſt præceptũ,& ædificabãt ædificium poſt ædificium. Idem verſu 13.Et 17,& ponã iudicium לְקָו lineæ. filo . Et 44.13, faber lignarius extendit קָו lineam. Scribitur interdum & cum ה in fine,Irme.31.39, & egredietur adhuc קָוֶה linea mẽſuræ coram illo.Pſal. 19.5,In omnem terrã exiuit קַוָּם linea eorum. vel,ædificium eorum.ſic R.Abrahám in cõmen.i.cælorum. Et linea eſt הַמִּכְתָּב ſcriptura:quia ſcriptura eorum legitur vbique: & intelligunt quæ ſit eius ratio omnes intelli

gentes in cũctis locis terræ. Et R.Selomóh, linea eorum.i. cælorũ: quia ſunt extẽſi ſuper faciem vniuerſæ terræ.& ſic R.Himmanuél. R.D.in cómen.ædificium eorum.i.opus(aut effectus)ſphærarũ,ſtellarúmque exiuit in orbem terrarum. Alia forma,præpoſito ת,Iiób 5.16,& fuit pauperi תִּקְוָה ſpes. Irme.29.11, vt dem vobis nouiſſimũ, וְתִקְוָה & expectationẽ.i. quod expectatis, & ſperatis. Iehoſ.2.18,nobis ingrediẽtibus terrã, אֶת־תִּקְוַת חוּט filũ fili(ſunt duo ſynonyma)coccinei ligabis in feneſtra.& eſt ſicut illud Dani.12.2,& multi è dormiẽtibus אַדְמַת־עָפָר in terra terræ expergiſcentur. Alia itẽ, præpoſito מ,מִקְוֶה,Expectatio,Spes,Congregatio. & interdum ſcribitur cum א vice ה,Exod.7.19,& ſuper omnem מִקְוֵה congregationẽ aquarum eorũ. 1.Reg.10.28, & exitũ equorum qui erat ipſi Selomóh ex AEgypto, וּמִקְוֵה & netum: negotiatores regis capiebãt מִקְוֵה netũ pretio. Vel,accipiebãt netum in pretiũ: acſi dicat,(inquit R.D.in lib.rad.) negotiatores regis educebant equos ex AEgypto,& accipiebãt in Ieruſalaim in pretiũ eorum מִקְוֵה netũ(à תִּקְוֵה prædicto,quod eſt filum)quod deferebãt in AEgyptum. Et 2.Paralip.1.16,ſcribitur cũ וּמִקְוֵא,א & netum:negotiatores regis מִקְוֵא netum accipiebant in pretiũ. At rectũ eſt,מִקְוֵא netum eos eduxiſſe ex AEgypto ſicut equos.Inuenimus enim quòd opus & ars lini erat ex AEgypto præ aliis terris. Et ſic Ieſah. 19.9,loquens de AEgypto, Et pudore ſuffundẽtur operantes lina pectinata,& texẽtes retia.Et Ieche.27.7,Byſſus cum veſte phrygionica ex AEgypto. Et dixit, acciebãt netum pretio:quia equos non educebãt pretio, ſed netum.nam Parhóh dedit ipſi Selomóh exitum equorum,vt poſſet ipſe educere equos pro ſua volunta

te: & quiſquis regũ terræ educebat equos ex AEgypto, per mercatores regis Selomóh educebat, & illi dabãt illud quod dabant regi AEgypti propter eductionem equorũ. R.Ioſéph,Parhóh dedit Selomoni exitũ equorum: & quia nõ educebãtur ex AEgypto equi niſi permiſſu regis,dabãt educentes regi pecuniã pro eductione equorũ.Et ipſum exitum,ſiue prouẽtum dedit Parhóh Selomóni: ipſe verò Selomóh vẽdebat illum mercatoribus annuatim pretio certo:qui capiebant à rege מִקְוֵה congregationem prouẽtus:ipſique erãt in AEgypto,& accipiebãt pretium exitus, quãdo educebant reges terræ equos ex AEgypto.Et hoc eſt quod dixit,per manum eorũ.i.ipſorum permiſſu & voluntate educebant &c.Tharghũ,Et exitũ equorum(.i.prouẽtum exitus)qui erat Selomoni &c. & congregationẽ(ſub. talis prouentus)mercatores regis emebãt cõgregationẽ(ſub. dictam)pecuniis.Sic R.Selomóh: addens, Idcirco ſupra dictionẽ וּמִקְוֵה eſt accentus zacheph,vt doceat dictionẽ ſtare per ſeipſam,nec eſſe cõiunctam dictioni ſequenti.Sic etiam fere R.Leui in comment. Fœmineum, Ieſah.22.11,וּמִקְוֵה & congregationem feciſtis.

קוּט Secundum R.Abrahám,eſt גָּעַל,Abiicere,repellere,abominari:& ſecundũ R.Dauid,בָּרַח, Excidere,רוּב Litigare,contendere. Pſal.95.10,quadraginta annis אָקוּט litigaui cum generatione.Eſt enim futurũ vice præteriti. Et loquitur de generatione deſerti cum qua fuit in contentione, quòd irritabant illum. R.Abrahám,אָגִעַל fui contemptui: vel litigaui, vt exponit Pſal.139.21.Tharghum ſimiliter,מְאַסִית.R.Himmanuél vt R.Dauid,litigaui,cõtendi,fui & ſteti in contentione cum generatione patrũ veſtrorum. Et cũ cholem,

Iób 8.14, cuius יָקוֹט כִּסְלוֹ succidetur ſpes eius. Tharghũ, תְּזוּזָה remota (ablata, abſciſa) eſt. R. Leui, יִכָּרוֹת exciſa erit Idem R. Abrahám auenhezra. R. Moſéh, diminuetur, excidetur. Vel tranſitiue, cuius (Deus) abſcidit ſpem, ac fiduciam, ſecundũ R. Abra. Peruſól. Et in nifhál, illud Iechez. 6.9, וְנִקְטוּ & ſuccidentur à facie eorũ: ſecundum R. Iehudáh eſt ex hac radice, quia forte inuenit illud ſine daghés. At R. Ionáh, & R. Dauid, ſcribunt illud ſe inueniſſe in libris correctis cũ daghés, & ſic eſt ex קָטַט quod ſimiliter eſt excidere. R. Menachém, (vt refert R. Selomóh in comment.) & litigabunt (contendent) cũ ſeipſis, eo quòd non obtemperauerunt mihi. vt Pſal. 119, vt in hithpahál. Et ſic Iób 10.1, נִקְטָה נַפְשִׁי exciſa eſt anima mea. quod eſt ſicut נִסַּבָּה de quo in סָבַב, in nifhál. Tharghũ, אִתְכְּוִרִית crudelis effecta eſt. R. Leui, נִכְרְתָה exciſa eſt. ſic R. Abrahám Peruſól. R. Moſéh, Litigauit, ſiue contendit. acſi dicat, Litigarem, & cõtenderem in meipſo ſi relinquerem ſermonẽ meum intra cor meũ. ſiue, contendo in meipſo, quum relinquo ſermonem meum in medio cordis mei. Ieche. 20.43, וּנְקֹטֹתֶם & ſuccidemini intra vos. Acſi dicat, inquit R. D. in cõment. Quum malorũ veſtrorũ recordabimini, in oculis veſtris dignos vos reputabitis vt è múdo excidamini. Idẽ R. Abrahám. R. Moſéh, contendetis. Et ſic R. Selomóh in comment. Et in hithpahál, Pſal. 139.21, & cum inimicis tuis אֶתְקוֹטֵט litigabo. Idem R. D. in lib. rad. & cõment. & R. Abrahám, & R. Menachém. Et 119.158, vidi præuaricantes, וְאֶתְקוֹטְטָה & litigaui. Acſi dicat, (inquit R. D. in commen.) plus contentionis cum illis habeo, quòd tuum eloquiũ non cuſtodiant, quàm quòd ſint mihi nocumento. R. Ioſéph, Vidi præuaricantes, & tædio

dio affectus ſum. R. Abrahám auenhezra exponit vt Iób 10.1, ſuprà citatum. Iechez. 16. 47, כִּמְעַט קָט veluti paululum pauxillúmque foret. R. D. in comment. קָט. ſcribit eſſe idem quod מְעַט: idémque geminari augendæ diminutionis gratia. acſi dicat, Breuiſſimo tempore ſtetiſti poſt captiuitatẽ Somrón, (.i. Samariæ,) & corrupta fuiſti præ illis. i. plus quàm Sedóm & Somrón.

קוֹל Vox, ſonitus, Tonitrus, Clamor. Gene. 3.8, Et audierunt אֶת־קוֹל vocem Domini Dei מִתְהַלֵּךְ ambulantem per hortum. Vbi ambulatio voci tribuitur, inquit R. D. in lib. rad. & R. Abrahám auenhezra. Et ſic Irme. 46.22, קוֹלָהּ vox eius ſicut ſerpens יֵלֵךְ ambulabit. Exod. 19.19, & fuit קוֹל הַשֹּׁפָר הוֹלֵךְ vox (aut ſonitus) buccinæ ambulãs. R. Ionáh, ſenſum ſcripſit eſſe quòd Adám etiam ipſe ambulabat per hortum. Et R. Selomóh, Audierunt vocem Domini Dei, qui Dominus ambulabat per hortum. Iób 29.10, קוֹל נְגִידִים (pro לְקוֹלֵי) ad vocem meam duces abſcondebantur. aut abſcondebãt ſe. Poteſt tamen & ſic exponi, Voce duces abſcondebant ſe. ſicut Ieſah. 26.9, נַפְשִׁי animo meo deſideraui te. 2. Reg. 6.32, קוֹל ſonitus pedum. 1. Semu. 24.18, & eleuauit Saul קוֹלוֹ vocem ſuam. Exo. 9.23, & Dominus dedit קוֹלוֹת tonitrua. Et 29, הַקֹּלוֹת tonitrua ceſſabunt. Pſal. 93.4, מִקֹּלוֹת à ſonitibus aquarum multarum.

קוּם Surgere, Stare, Suſcitare, erigere, Statuere, Firmare, confirmare. 1. Semu. 17.48, Quando קָם ſurrexit. Et cum א in medio vice ו radicalis. Hoſ. 10.14, וְיָקָם & ſurget tumultus. Iudic. 5.7, עַד־שַׁקַּמְתִּי donec ſurrexi. 1. Reg. 14.4, quia קָמוּ caligauerant (aut rugauerant) oculi eius. In ſenectute enim cum rugant oculi, ſtat, & ingreditur oculus partem ſuperiorem. Alii exponunt

non יָקֻמוּ ſurgent(vel potius,ſtabunt)impii in iudicio. R.Abrahám in comment.ſtabunt. R.Dauid,non ſurgent.i.non erit eis reſurrectio in congregatione iuſtorum in iudicio.i.in die iudicii. R.Himmanuel,non erunt ſtabiles in iudicio. Deuter.33.11, odio habentes illú מִן־יְקוּמוּן ne ſurgant. Vel,qui ſunt ex iis qui inſurgũt cõtra illos. Deficit enim אֲשֶׁר in hac locutione,quã ſupplet R.Abrahám,מִן אֲשֶׁר יְקוּמוּן עֲלֵיהֶם:ſicut Ieſa.11.9, Sicut aquæ mare operientes. Tharghũ,Et eos qui odio habent illum,vt non reſurgant. Et R.Selomóh,Tranſfige lumborum percuſſione inimicos eius, & odio habentes eũm,vt non ſit eis ſurrectio. Et in pihél,Eſther 9.32,קַיֶּם דִּבְרֵי הַפּוּרִים confirmauit verba ſortiũ. Et 21, קַיְּמִים vt ſtatuerent. Pſal.119.28,קַיְּמֵנִי cõfirma me. Et in hiphíl, Iehoſ.4.9, Et duodecim lapides הֵקִים ſtatuit Iehoſúah in medio Iardén.1.Sem.22.8, quia הֵקִים עִמִּי־עַבְדִּי ſuſcitauit filius meus ſeruũ meum aduerſum me. Pſal. 89.44,& non הֲקִמֹתוֹ erexiſti(ſubleuaſti)eum in prælio. Geneſ.9.17, pactum meum quod הֲקִימֹתִי ſtatui. Ieſah. 29.3,וַהֲקִימוֹתִי עָלַיִךְ מְצָרוֹת & ſtatuam cõtra te munitiones. Iudic. 7.19, הֵקִם הֵקִימוּ אֶת־הַשֹּׁמְרִים ſuſcitando ſuſcitauerunt cuſtodes. 1.Semu.2.8, מֵקִים מֵעָפָר דָּל ſuſcitans è puluere pauperem. Nume.9.15,& in die הֵקִים אֶת־הַמִּשְׁכָּן erigendi(.i. qua erexerunt) tabernaculum. 2.Sem.24.18, aſcende,הָקֵם לַיהוָה מִזְבֵּחַ ſtatue (erige) Domino altare. Deuter.27.26,maledictus qui non יָקִים ſtatuerit(.i.ſeruauerit) verba legis huius. Eccleſ.4.10, quia ſi ceciderint, vnus יָקִים אֶת־חֲבֵרוֹ eriget ſocium ſuum. Pſal.40.3, וַיָּקֶם עַל־סֶלַע רַגְלַי & ſtatuit ſuper petrã pedes meos. Deuter.16.22,& non תָּקִים ſtatues (eriges, aut erigere facies)ſtatuam. Iób 4.4, debilem יְקִימוּן firmauerũt

defecerunt.1.Semu.4.15,& oculi eius קָמָה caligauit. R. D.in comment. exponit acſi dicat, Et vnuſquiſque ex oculis eius כֵּהָתָה caligauerat, aut rugauerat. Quando enim rugant oculi in ſenectute, deſiccatur humor, & ſtant(eriguntur)nerui oculi,& ingreditur oculus fora men ſuum. Et ſunt qui exponunt,defecit. Iehoſ.2.11,& non קָמָה ſtetit vltrà ſpiritus in viro. R.Dauid,non ſtetit:quia dum pauet homo,eſt acſi caderet ſpiritus eius, iuxta illud 1. Semu.17.32, ne cadat cor hominis in eo. Participium קָם,.Stans,ſurgens. Pſal.3.2, multi קָמִים ſurgunt aduerſum me. Exo.15.7, deſtruxiſti קָמֶיךָ ſurgentes contra te.i.inimicos tuos. Irme.51.1,Ecce ego ſuſci to ſuper Babél וְאֶל־יֹשְׁבֵי לֵב קָמַי רוּחַ מַשְׁחִית & ſuper habitatores cordis inimicorum meorũ(.i.Caſdim, vel Chaldæa,ſiue terræ Chaldæorum. Vnde pro לֵב קָמַי, in margine ſcribitur כַּשְׂדִּים pro אֶרֶץ כַּשְׂדִּים terræ Chaldæorum) ventũ corrumpentem.ſiue perdentẽ. Vnde & R.D. exponit acſi dicat,Et ſuper habitatores terræ Chaldæorũ. & ſeries eſt,Et ſuper cor inimicorum meorum qui habitant terrã Chaldæorũ. Verſum iſtũ ſic vertit Iehonathán in Tharghum, Ecce ego adduco ſuper Babél, & ſuper habitatóres terræ Chaldæorum occidentes eos quorũ cor eſt elatum,& pulchros in ſtatura ſua,ventũ corrumpentem. Pſal.76.10, בְּקוּם־לַמִּשְׁפָּט quum ſurgeret ad iudicium Deus. Geneſ.13.17, קוּם Surge. Nume. 10. 35,קוּמָה,Surge Domine.eſt breue. Pſal.35.2,וְקוּמָה & ſurgein adiutorium meum.eſt longum. Irm.6.5,קוּמוּ ſurgite. Pſal.12.6,nunc אָקוּם ſurgam. Ieſah.8.10, loquimini verbũ,& non יָקוּם ſtabit.ſtabilietur. erit ſtabile,& firmũ. Et 46.10,conſiliũ meũ תָּקוּם ſtabit. Hobadiáh 1,קוּמוּ וְנָקוּמָה Surgite,& ſurgamus aduerſus eam. Pſal.1.5,ideo

